

# MONNIKHUIZEN

## Monniken

### *Adolphus d'Essen*

*alias von Ehsenia, de Assindia*

- b - 1370/1375.
- c - 1398: universiteit Keulen.
- d - 1° Trier  
2° Luik 1434.
- e - Trier prior 1409/1410-1415  
Rettel rector 1415  
Trier vicaris 1421-1432  
Arnhem hospes 1432-1434  
Luik monnik 1434-1437  
Trier hos 1437- †.
- f - 4 juni 1439.
- g - auteur.

---

Scholtens, OGE 25 (1951) 17:

P.Bastin, Gde Chartreuse, A-v 148a, *Monichusen* :

*P.B. Gde Chartreuse, A-v 242a, Trèves : duodecimus domnus Aolphus de Assindia professus hujus domus præfuit ab anno 1409 usque ad annum 1415, quo anno missus in rectorem sive initiatorem novæ domus Rutilanæ, quæ tunc Mariæ rivuli initiabatur loco canonicis deputato et neglecto. Hic piissimus pater ad excellentiora vitæ spiritualis deductus sæpius etiam de die ad superos per contemplationem imo et visiones extaticas multoties vidit Sanctissimæ Trinitatis maximum honorem et gloriam reddit ex persolutione rosarii sive mysteriorum fidei sicut R.P. Franciscus Areas Soc. Jesu et alii narrant. — (page 479, ponitur inter viros nobilis qui clamerunt in hac domo : domnus Adolphus de Assindia alias prior et rector obiit 1439, 4 junii. — et page 482 : domnus Adolphus de Assindia prior qui B.P. Dominicum ad ordinem recepit et ad tantam gratiam ante mortem pervenit ut pluries quandoque in cælum raperetur uno die obiit peste anno 1439, 4 junii, habens anniversarium perpetuum. Ex libro experientiarum...—)*

*P.B. Gde Chartreuse, A-v 242a, Trèves : 1439. — Sequuntur qui ex eadem domo Trevirensi assumpti alibi ad officio prioris : domnus Adolphus de Assindia professus domus Trevirensis primus rector novæ plantationis prope Sirck, modo domus Rutilæ per 7 annos obiit anno 1439.*

*P.B. Gde Chartreuse, A-v 242c, Trèves, p. 26 : Eodem quoque anno supradicti (1433) dissidii causa, ex domo Trevirensi ad Leodiensem secundam, quæ tunc in usu ert, editurus professionem missus fuit*

*P.B. Gde Chartreuse, A-v 242c, Trèves : XII. V.P. domnus Adolphus de Assindia. Vel ut aliis placet de Essendia, integri voluminis materiam suppeditaturus, nisi temporis brevitatis quæ cartusianum coercet, aliud suaderet. Breviter tamen ex contractis authorum non contemnendorum testimoniis virum repræsentabo.*

*Fuit Adolphus e nobili prosapia avitæ virtutis adolescens, literis tum divinis, tum humanis, præsertim jurisprudentia præpollens. Sed divina præventus gratia, dum plurimos mortalium per abrupta vitiorum in æternum præcipitium festinate vidit, fallaces sæculi lænocinantis decipulos fugere, pedemque in via madatorum Dei figere cupiens, circa annum 1398 ad Sancti Albani asceterium properavit, relictisque sæculi pompis tyrocini sui fundamenta ponens, alacrem se omnium in via virtutum æmulatorem exhibuit. Imprimis vero beatissimæ cartusianorum reginæ devotissimus fuit, ejusque servitio se totum impendit. Ita quidem, ut omnes confratres suo exemplo Marianos fecerit. Ipso authore laudatissima illa consuetudo rosarium cum clausulis mysteriorum recitandi non tantum in nostra cartusia sed et in toto orbe catholico propagatus est. Mirabilem hac de re teste dominico visionem habere promeruit. Vidit quippe et audivit beatissimam cælorum Reginam toto cælestium spirituum, angelorum, sanctorum præsertim Virginum nitidissimo agmine stipatum coram omnipotente reliquis in throno sublimiore, antefatum rosarium cum clausulis amoroso modulamine decantantem et cuilibet clausulæ Alleluia adjungentem : Poro quotiescumque dulcissimum Mariæ nomen insonabat, omnis ista cælestis hierarchia caput reverenter inclinare, quoties vero Sanctissimum Jesu nomen appellabatur genua*

*devotissime flectere ei visa est. Vidit etiam tum et audivit (pergit Dominicus) « Quod omnes Deo omnipotenti immensas gratias agebant pro universis bonis quæ proveniunt, ex eodem rosario quia Deus et Dominus noster Jesus Christus in eo laudatur ac benedicatur cum sanctissima Matre sua in omnibus, quæ in hoc mundo fecit vel sustinuit pro toto genere humano, dum in fine angelicæ salutationis semper dicitur : Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui Jesus, et additur, qui hoc aut illud fecit vel sustinuit secundum quod a principio vitæ illius usque ad finem ejus conversatio recensetur. Unde non immerito et ipsi in cælis sancti ineffabili exultant tripudio et in terris se exercitantes in eodem, gratia et devotione mirabili replentur. Quod in diversis jam mundi partes divulgatum est, et nostris scriptis per 30 circiter annos disseminatum.*

*Ipsi quoque sancti ut pater idem audivit, cum magno devotionis affectu oraverunt et ibidem Dominum pro cunctis se in eodem exercitantibus, quatenus omnipotens dignetur tales sua speciali gratia illustrare et confortare ut in illo et aliis bonis exercitiis semper proficere possint et perseverare usque in felicem finem, atque post hanc vitam singulariter in cælis felices fieri. Vidit quoque in cælis innumeras, immarcescibiles, florentes, odoríferas et lucentes coronas illis repositas : qui rosarium idem ad laudem Dei et ejus Genitricis Sanctæ Mariæ faciunt, et quoties quis unum tale fecerit toties una talis corona cæteris illic repositis additur et servatur eisdem : dictumque est patri eidem certissime, quod homini dicenti ejusmodi rosarium et conformanti se pro posse sanctis in supradictis cæremoniis, plenaria omnium peccatorum suorum remissio donatur toties quoties id fecerit.*

*Huc usque hæc de re Dominicus noster.*

*Porro non tantum in prædicta erga Beatissimam Virginem Mariam devotione sed et in omnigena virtute excelluit. Qua propter anno 1409 unanimi eligentium voce postulatus, Trevericæ domus regimen assumpsit atque sexennio utiliter fructuoseque tenuit.*

*Interim, dum per serenissimum dominum Carolum 2<sup>m</sup> Lotharingiæ ducem et dominam Margaretham Baviaræ ducissam ejus consortem, sanctissimæ opinionis fæminam cartusia ad Mariæ rivulum prope Sirck sua nacta fuisset incunabula, Adolphus noster, utpote vir novæ plantationi gubernandæ aptissimus anno 1415 prioratu Trevirensi solutus, primi rectoris provinciam ibidem strenue adornavit, assumpto in adjutorium simile sibi Dominico Pruteno vicarii munus in novo asceterio agente.*

*Quam dulcem vero ibidem Adolphus suarum virtutum, pietatis ac sanctimonix odorem exhalavit, multis explicare super sedeo, cum supra fatæ piissimæ ducissæ insignis erga cum devotio et affectus sat grave testimonium perhibeat.*

*Quod Dominicus in libris suo, sonus epulantis fol. 137 sequentibus narrat : « Sub tempore moderaminis Adolphi rectoris Mariæ rivuli consueverat illustrissima illa Margaretha corpus dominicum ad minus omni hebdomada semel in capella de manibus rectoris Adolphi sumere, accidit semel, quod inter porrectionem sacratissimi sacramenti viderit faciem illius ducissæ quasi solem splendore radiare, ita ut porrigendo venerabile sacramentum territus nesciverit, quomodo vel quando ipsa uxore percipisset.*

*Post hæc Adolphus ad Rachelis contemplativæ anhelans amplexus, perpetuum Liæ lippientis divortium cogitavit, atque capitulo generali preces suas prosternens, absolutionem a rectoratu obtinuit, et anno 1421 cum Dominico vicario et Simone converso ad abdita cartusiæ Trevirensis revolavit ubi novo indies fervore spiritum supra se torquere perrexit.*

*Hæc inter sancta otia quibus soli Deo contemplativus inhæsit tanta ei divina gratiæ exuberantia affluxit, ut ubique celebrantissimus inaudierit. Unde teste Dominico lib. 2<sup>o</sup> Exper : collat. 18<sup>a</sup> bina vice in Abbatem Benedictinorum electus fuit, cui tamen honori humiliter se subducens aliquoties abbatis Sancti Matthiæ. Joannis Rode in visitationibus socius fuit, in quibus Bursfeldensium innovatam vitam redintegravit.*

*Interim Adolphus vicarii perfungens officio, quantum in virtute et sanctimonia creverit, Dominicum ejus contemporaneum denique testor qui lib. sonus epulantis pag. 111 pluribus cum dilandat dicens : « Sæpius non in spiritu tantum, sed et in corpore cælestem meruit percipere consolationem ita ut cælitus confortatus ab omni fuerit corporis infirmitate liberatus. Item lib. I Exper. narrat. 38<sup>a</sup> de eodem ait : rogaverat idem et impetraverat corpori suo vires et fortitudinem, ac cordi suo pacem, utposset Deo Creatori suo fideliter deservire. Hoc et nos (confratres scilicet) non sine magna admiratione vidimus quod vir senex et grandævus, utpote qui onus ordinis ultra quadraginta annos portaverat, posset plus omnibus laborare, cum tamen minus ederet et dormiret quam nos juniores. Nam sine defectu et ulla lassitudine tam in solemnitatibus quam in feriis a principio usque in finem in laudibus divinis nocte ac die perdurabat. Uno eodemque die varia munera obibat, conversis predicabat ; officium diaconatus exercebat, in refectorio legebat, in colloquio lectionem venerabili conventui insonabat, ubique sui officii onera sine adjutorio alicujus sæpe exebatur (sic). Fuit præterea singularis abstinentiæ, panem grossum familiæ commedebat, pingua et delicata abjiciebat. Vinum ita miscebat aqua ut vix saporem vel valorem aliquem confortandi retineret. Sub tempore prioratus sui pie confratribus in die abstinentiæ subveniebat, ipse autem frequenter pane et aqua contentus vitam transigebat. Omnibus semper in quocumque officio degebat, consolatorius emicabat. Tentatis ac tribulatis ad se venientibus in et extra confessionis sacramentum charitative et pacifice omnes pacificans succumebat, peccata eorum super se accipiens vel probe ea explicans tribulatis ac scrupulosis dicere consueverat : ite et sitis in pace. Vel sane aiebat : Ego novi conscientiam vestram quod nulla ratione huic tentationi consentitis, susuria tantum diabolica sunt, nil ea curetis. His et similibus verbis pusilanimis roborabat et confovebat. Insuper talis devotionis erat, ut vix aliquid*

*devoti legere poterit quin continuo lacrymaretur. Nunquam hac de causa in sacrificio missæ passionem Domini legere p̄sumebat, timens, ne finire non possit præfletu, tentavit nihilominus id una vice qua ob lacrymas erumpentes, a quibus se continere non valebat. Passionem Domini finire non potuit. Quod autem his omnibus majus est ac vere sanitatis signum patientia fuit vera qua injurias contumelias humiliter suscipiebat, patienter sustinebat, adversantibus pie respondebat, in factis et verbis se eis hilariter ostendebat, in tantum, ut quandoque eum fecte eadem agere suspicaremur, quod Deus nobis ignoscat. Atque ejusdem finis probavit, qualis inter nos latuerit. » Hactenus Dominicus.*

*Ast in fausta post hæc cucurrere tempore, quæ plurimum Adolpho perturbationem tulerunt atque molestiam. Nam anno 1431 famosum illud inter Robanum et Uldaricum de sede Trevirensi concertantes exarsit litigium, ita ut clerici, religiosi et plebei in partes divisi varias ultro citroque factiones attendarint. Quin et conventus tam nostre quam Confluentinæ cartusiæ in diversas fluctuabant partes, ut parum abfuerit, quin utriusque cartusiæ monachi per capitulum generale et visitatores in alias provinciæ domos dispersi fuissent.*

*Tum Adolphus ex zelo Dei (ut testatur Dominicus) junctis sibi aliis quibusdam confratribus suis, in quosdam insurrexit, litterasque ad capitulum generale dedit. Sed adversarii ejus non levioribus nixi argumentis triumphaverunt. Sed et contra Joannem Cover de Sule tum temporis nostræ cartusiæ priorem, in curia romanæ pro incorporatione monasterii Rutilensis laborantem, sed nescio qua de causa Romæ in custodia positum quidquam molitus est. Sed Adolphus denuo ab adversariis suis capitulum generale præ occupantibus devictus, acriter reprehensus fuit : et anno 1433 cum suis asseclis disciplina regulari punitus, cartha capituli in hæc verba detonante : Monachis Trevirensis prioratus, culpam suam in capitulo generali recognoscentibus super injuria eorum priori scriptis illata, ultra pœnitentiam a visitatoribus injunctam seu impositam, injungimus ut quilibet eorum in refectorio semel ad terram commedat. Vicarius autem (scilicet Adolphus) ultra prædicta, quia alios ad scribendum induxit, dicat unum psalterium.*

*Eodem quoque anno, supradicti dissidii causa, ex domo Trevirensi ad Leodiensem secundam, quæ tunc in usu erat, editurus professionem missus fuit. His omnibus Adolphus minime fractus, in spiritu humilitatis contra dispositionem monasterii Rutilensis, utpote insufficientem, litteras dedit. Sed denuo loco responsi silentium sub pœna disciplinæ ordinis ei impositum est. Acquievit huic correctioni plures interim adversarios passus, quibus aut scientia juris, aut zelus justitiæ in Adolpho displicuit.*

*Exantlatis hisce turbinibus anno 1437 Treviros cum iterata incriptione eaque satis acerba remissus est, capitulo generali in hæc verba mandante : « Ordinamus quod domnus Adolphus ad domum suæ professionis prope Treverim indilate revertatur, et eidem omnes libros juris penitus interdiciamus, ne occasione ipsorum se ipsum et provinciam suam, sicut hactenus fecit, valeat perturbare, et capitulum generale infructuosi occupare. » Sed omnimodo studeat cum Hieronymo, non doctoris, sed plangentis habere officium qui vel se, vel mundum lugeat : et Domini pavidus prætoletur adventum. Alias si, quod absit, in pristinas perturbationes relapsus fuerit, per priorem suum carceri mancipetur ad ordinis voluntatem » Dura quidem objurgatio, sed ad detergendam in homine cæteroquin sancto leviorum defectuum scoriā probatissima : Adolphus imposterum (ut Dominicus in cathalogo defunctorum sui temporis perhibet) ad tantam gratiam ante mortem pervenit, ut pluries quandoque una die in cælum raperetur.*

*Tandem post rigorem ordinis ultra quadraginta annos exemplariter portatum, post prioris, rectoris, vicarii (vicair après avoir été prieur, Lansperge dit le contraire, v. 405), pii sanctique religiosi vices strenue expletas, post plurimas pro justitia toleratas adversitates et objurgationes, anno 1439 sævientem generali contagione, spiritum cælestibus assuefactum die 4<sup>a</sup> junii in manus Creatoris exhalavit. Gloriosum ejus agonem verbis Dominici, testis oculati describere libet. Qui lib. I Esper. narrat. 41<sup>a</sup> sic habet : Cum pestilentia tactus appropinquaret ad mortem, passiones juxta se, ut moris est, legi jussit, sedensque supra scannum clara sic utebatur ratione, ut legentibus indicaret in libro quid legere deberent : quamvis lingua balbutiente verba non bene formare posset. Cum lecta passione secundum Lucam, psalmos quos postulaverat, legisset et diceret in psalmo : Deus, Deus meus respice in me et in manus tuas commendo spiritum meum, ille Adolphus manibus sursum levatis verba eadem, prout poterat, dicebat. Et ecce non diu post hoc tentator valide ingressus, ipsum invasit, ita ut utraque manu aversa illum abigere nisus sit. Visa sunt os et nares Adolphi in unum compingi terribiliter coram tribus patribus conventus. Unus ex eis (ipse Dominicus) intrante per ostium tentatore, amarum percepit odorem. Adolphus assumpta cuculla, eam duplicavit, atque oculos suos velans, faciem totam operuit. Præsentes autem tres personæ, Deum et Beatam Virginum devotione, qua poterant, invocabant tamdiu, donec tentatore cessante, pater ille placide in Domino agonizaret. » Hæc verba Dominici cui post obitum suum (prout lib. Exper. narrat. supra citata indicat) in visione nocturna visus est stans ante domum capituli, manibus elevatis et oculis clausis, candelam habens ardentem a dextris, verso dorso ad capitulum orans affetu devotissimo et tam constanter et seriose ut Dominico illum in visione alloquenti minime responderet. Nec enim poterat cælestibus inseparabiliter non inhærere qui contemptis terrenis superna semper meditatus fuerat. Porro quam sancta sub hoc pastore fuerit ovicularum conversatio, pluribus dicere supersedeo, unico teste contentus, reverendissimo domino Tilmano ab Eidel, abbate monasterii Luxemburgensis, ordinis Sancti Benedicti et suffraganeo Trevirensi qui, quando patres nostros invisere voluit quod ei frequentissimum fuit, dicere consuevit : Ego vado ad reliquias vivas cartusianas. Has inter reliquias ipsemet Tilmanus in antiqua cartusia a*

*Marte Gallico profanata tumultus quiescit. Nominatissimos istius temporis viros invenio Conradum de Indagine (sive von Hagen), a Dominico viri sancti et honorabilis encomio exornatum, et Walterum de Vite*  
.....

*P. Bastin, Gde Chartreuse, A-v 242c, Trèves : Quantas vero in hoc reformationis negotio pertulerit facile intelliges, si sauciam ubique disciplinam, si itinerum incommoda si monachorum liberiora sectantium obtreccationes perpendere libeat. Nil tamen fractus, juncto sibi subunde Adolpho de Assindia, cartusiae Trevirensis tum vicario, (il ne fut vicaire que jusqu'au chapitre de 1433 qui le 'limogea' à Liège, d'où il ne revint qu'en 1437 ; donc cela dut se passer entre 1421 et 1433) visitationis socio, varias peragravit, provincias et monasteria, novisque introductis constitutionibus, vitam, monasticam restauravit, reformavitque.*

*P. Bastin, Gde Chartreuse, A-v 65a, Cologne : Extraits de la « Bibliotheca Coloniensis » du Père Hartzheim Soc. Jesu. : Adolphus de Assindia (van Essen) ingressus est carthusiam treviri proximam, in eaque vicarii ac subinde prioris magistratum cum laude administravit. Decessit ex hæc lachrymarum valle 4a junii anno 1439, vir desideriorum, uti daniel olim, divinis meditandis, scribendis, docendis totus inventus. Scripsit : Exercitium de triplii meditatione, de commendatione Rosarii, de exercitio remissionis peccatorum. Vitam Margaritæ, ducisse Lotharingæ, quæ obiit 1535 (sic, 1435 !). Preces pro omnibus statibus et ordinibus ecclesie, quæ opera MS. continentur Tome uno in folio pulpite (sic) OO. codice 122. Bibliotheca Carthusie Coloniensis ibidem pulpito OOO, codice III, 8° extant MS. devota exercitia ejusdem Adolphi.*

*P.B. Gde Chartreuse, A-v 123a, Liège :*

*P.B. Gde Chartreuse, A-v 204c, Rettel, p. 2 : ch. 1440, obiit d. Adolphus de Assindia quondam prior domus prope Trevirim, habens anniversarium perpetuum associandum etc. ob. 4 junii ex ch.1451) alias 1<sup>us</sup> rector Rivuli (1415-1421).*

*p. 8(PDF) : Recteurs de Marienflos : 1415-c.1421, Ch., d. Adolphe de Essen profès et prieur de Trèves, 1409-1415. Mort le 10 juillet 1439.*

*p. 37(PDF) : Anno 1415 habetur : Rectori novæ plantationis in dæ in Domo Rivuli Mariæ prope Sierck in Ducatu Lotharingæ somedimus, ut recipere possit personas ad ordinem cum Consilio visitorum. Anno 1421 : Rectori Domus Rivuli B. Mariæ fit misericordia ad suam magnam instantiam et præficimus etc., et ibidem Recto absolutus .... redeant ad Domum professionis suæ prope Trevirim.*

*AC 200:4, Scriptores Ordinis Cartusiensis, tomus primus, Salzburg, 2005, p.4-7: Natus anno 135.?, ex nobili prosapia, in Universitate Coloniensi studiis philosophicis, theologis et juris canonici magno cum profectu incubuit. Anno 1378 factus est novitius cart. S. Albani prope Trevirim, ubi multis caruit virtutibus. Ibidem Priorem egis annis 1409-1415. D. Dominicum Eloinum ad Ordinem recepit an. 1409 et cum eo atque aliis nonnullis monachis et fratribus coonversis inii novem plantationem cartusie Rivuli B. M. prope Sierck, vulgo Marienfluss anno 1415 quam post mortem ejus, scilicet circa 1477, Patres nostri reliquerunt ut transmigrarunt ad abbatiam Rutilensem olim eis donatam a Beata Margarita Lotharingæ Ducissa, anno 1434 (?), cui D. Adolphus a confessionibus fuerat. A qua domo discessit ac ad cartusiam Trevirensis rediit anno 1421 (alibi 1431) cum titulo Vicarii. ... Anno 1433 missus fuit ad domum Monichusen et anno 1436 ad domum Leodinensem, propter dissiduum exortum inter se et priorem suum Trevirensis ob schisma cleri et populi Coloniensi natum in conflictu duorum clericorum, qui ad sedem archiepiscopalem simul aspirabant. Anno 1437, sedato schismate et domestico cartusie Trevirensis dissidio. D. Adolphus reversus est ad domum suam et iterum officium Vicarii explevit. Obiit ex peste quarta junii 1439 et unus fuit ex octo cartusianis Trevirensibus qui ex eadem peste inibi eodem anno decesserunt: cf. Chartis Capitulum generalium an. 1440 et 1451. Vixit in Ordine 60 annis.*

*AC 100:9, p. 99-100, c.1434: (provincia Picardie Remotioris) priori domus Omnium Apostolorum prope Leodium ad suam magnam instantiam fit misericordia, et relinquatur electio conventu, quam habebunt confirmare ibidem transituri priores domorum Antverpiæ et Gosnay, et de his quæ scribitur dominus Ioannes Bellost respondebitur sibi in litteris quas misit, et dominus Adolphus hospes de Trevirensis vadat ad domum leodii et ibi professionem faciat.*

*AC 100:9, p. 102-103, c.1434: (provincia Rheni) priori domus Beatæ Mariæ in Monichusen non fit misericordia, et de testamento domini ducis et ducissæ Gelriæ stetit consilio iurisperitorum, qui si determinaverint fuisse et esse validum adimpleat domus beneficium spiriituale, si vero iurisperiti dixerint testamentum præfatum esse invalidum, quia dux modernus qui verus hæres est totum ius suum ut intelleximus vobis donavit et suos antecessor, si ex donatione tali præhabito peritorum consilio dicta bona licite consequi potestis, æque faciat*

*beneficium ; et super scripta domni Adolphi respondebit prior Antverpiæ, et domnus Adolphus hospes de Treviri vadat ad domum Leodii inibi professurus.*

*AC 100:10, p. 172, L36-37, c.1434 : domnus Adolfus professus domus Treverensis vadat ad domum Leodij et ibi professionem faciat.*

*AC 100:24, p. 132, L4-6, c.1434 : domnus adolfus professus domus treverensis vadat ad domum leodii et ibidem professionem faciat.*

*AC 100:9, p. 123, L15-18, c.1435 : priori domus Omnium Apostolorum iuxta Leodium non fit misericordia, et de licenciis quas petit respondebitur ei ad partem et quia capitulum sufficienter informatum est super eadem in quantum ordinis disciplinam voluerit evitare ; et professionem ipsius in domo Leodii factam confirmamus.*

*AC 100:10, p. 186, L11, c.1435 : priori domus Omnium Apostolorum prope Leodium non fit misericordia. Et de licencijs quas petit respondebitur eidem ad partem, & quia capitulum sufficienter informatum est per copiam literarum Apostolicarum super dispositione domus Rutilensis, quare domno Adulpho professo domus Leodij inopinum silentium super eadem materia in quantum ordinis disciplinam voluerit evitare & professionem ipsius in domo Leodij factam confirmamus.*

*AC 100:24, p. 139, L21-26, c.1435: priori domus omnium apostolorum prope Leodium non fit misericordia et de licenciis quas petit respondebitur ei ad partem, et quia capitulum sufficienter informatum est per copiam literarum apostolicarum super dispositione domus Rutilensis, quare domno Adulpho professo domus Leodii imponimus silentium super eadem materia in quantum disciplinam ordinis voluerit evitare et professionem ipsius in domo leodii factam confirmamus.*

*AC 100 :9, p. 125-126, c.1435 : priori domus Sancti Albani prope Trevirem non fit misericordia, et quia capitulum sufficienter est informatum per copiam litterarum apostolicarum super dispositione domus Rutilensis, quare domno Adolphus professo nunc domus Leodii imponimus silentium super eadem materia in quantum ordinis disciplinam voluerit evitare.*

*AC 100:24, p. 153, L29-41, c.1437: Et cum pr mortem domni henrici de bergis dudum in domo friburgi collocati cesset causa translationis domni adulphi ad dictam domum leodii Ordinamus quod dictus Adulphud ad domum sue professionis prope treverim indilte revertatur Et eidem omnes libros intus (?) penitus inter (?) ditius ne occasione ipsa seipsum et capitulum generale infructuose occupare sed amodo studeat cum jeronimo nostro doctore sed plangentis literæ officii vel se vel mundus (?) lugeat et domnus (?) pavidus prestoletur adventum... si ... absit in pristinas perturbationes relapsus fuit per priorem quem carcerem mancipetur ad ordinis voluntatem.*

*AC 100 :3, p. 58, L17-20, c.1440 : dominus dolphus de assindia, quondam prior domus Treverensis, sacerdos pro quibus fiat ....., et dictus Adolphus habet anniversarium perpetuum associandum cum primo anniversario currente post diemobitus sui, qui pronunc ignoratur, sed in futuro capitulo intimabitur.*

*AC 100:11, p. 99, L23-30, c.1451: Dudum obijt domnus Adolphus de Assindia, quondam Prior Sancti Albani prope Treverym, qui ut constat per Cartam anni XL habuit anniversarium perpetuum per totum Ordinem associandum cum primo anniversario currente post diem obitus sui, sed ipsum anniversarium usque nunc fuit obmissum propter ignoranciam diei obitus eius. Ideo nunc intimatur dies obitus eius, videlicet III<sup>o</sup> Junij. Scribatur in kalendazrijs convntualibus domorum Ordinis, cum primo anniversario currente post diem predictam bitus sui.*

*Seynaeve, p. 280-286:*

*Stiennon, MB, p. 503 n14.*

*Chr. De Backer, p. 83, nr 1.*

*V. P. D. STANISLAS AUTORE, CARTUSIANUS :*

Scriptores Ordinis Cartusensis. Tomus Primus, Projet de rédaction des articles Bio-Bibliographiques

*Natus est in Westphalia<sup>1</sup> anno 135 ? ex nobili prosapia.*

*In Universitate Coloniensi studii philosophicis, theologicis et juris canonici magno cum profectu incubuit.*

*Anno 1378 factus est novitijs cartusiæ S. Albani prope Trevirim ubi multis claruit virtutibus. Ibidem Priorem egit anno 1409-1415. D. Dominicum Eloinum ad Ordinem recepit anno 1409 et cum eo atque aliis nonnullis monachis et fratribus conversis iniit novem plantationem cartusiæ Rivuli Beatæ Mariæ prope Sierck, vulgo Marienfluss anno 1415 quam post mortem ejus, scilicet circa 1477 [sic], Patres nostri reliquerunt ut transmigrarunt ad abbatiam Rutilensem olim eis donatam a Beata Margarita, Lotharingiæ Ducissa, anno 1434 (?), cui D. Adolphus a confessionibus fuerat. A qua domo discessit ac ad cartusiam Trevirensem rediit anno 1421<sup>2</sup> cum titulo Vicarii.*

*Monachi Ordinis Sancti Benedicti Trevirenses bis illum in abbatem suum postulaverunt, sed ipse firmiter dignitatem hanc recusavit. Attamen coactus est fieri socius nostri D. Joannis Rode abbatis Ordinis Sancti Benedicti in visitatione cœnobiorum suæ reformatæ Congregationis.*

*Anno 1433 missus fuit ad domum Monichusen et anno 1436 ad domum Leodiensem propter dissidium exortum inter se et Priorem suum Trevirensis ob schisma cleri et populi Coloniensi natum in conflictu duorum clericorum qui ad sedem archiepiscopalem simul aspirabant. Anno 1437, sedato schismate et domestico cartusiæ Trevirensis dissidio, D. Adolphus reversus est ad domum suam et iterum officium Vicarii explevit. Obiit ex peste quarta junii 1439 et unus fuit e octo cartusianis Trevirensibus qui ex eadem peste inibi eodem anno decesserunt<sup>3</sup>.*

*Cum fama sanctitate migravit D. Adolphus ad Dominum. Quo mortuo, in ejus cella inventa sunt nonnulla scripta sua in quibus sedulo retulerat visiones et alia divina charismata quæ acceperat<sup>4</sup>. Vixit in Ordine 60 annis.*

*Vitam brevem D. Adolphi scripsit D. Modestus Leidecker in Annalibus cartusiæ Trevirensis, ubi se excusat quod tam pauca de tanto Patre referat, cum potuisset scribere magnum volumen, sed tempus scribendi ei deficiebat.*

Scripta ejus :

Ut supralaudatam Ducissam ad summam perfectionem eveheret, nonnulli ex sequentibus scripsit opuscula.

Scripsit D. Adolphus visionem *De Rosario* quam habuit in suo tractatu manuscripto cui titulum hunc præfixit : *De nobilitate, utilitate et fructuositate Rosarii Beatæ et gloriosæ Virginis Mariæ* qui modo asservatur in publica bibliotheca Moguntina. In quo libello D. Adolphus scripsit articulos nonnullos de Vita D. N. J. C. et B. M. V. meditandos in recitatione Rosarii, qui nonnihil differunt ab articulis exaratis a suo alumni D. Dominico Eloino et *Rosarium D. Adolphi* vocati fuerunt.

Opusculum D. Adolphi *De commendatione Rosarii* videtur esse aliud ac prænotatum. Creditur illud duas partes complecti, nempe : 1°) Virtutes et Charismate cujusdam monachi Ordinis S. Benedicti ; 2°) Vitam B. Margaritæ Ducisse, etc...

1°) *De Commendatione Rosarii*, opus primo latine exaratum postea, ad usum B. Margaritæ, ab ipsomet auctore germanicis auribus accomodatum.

2°) *Vita servatoris nostri* seu *Meditationes in vitam D. N. J. C.*, ex magno opere Ludolphi cartusiani excerptæ, ad usum ejusdem Beatæ.

Forte hæc duo opuscula sub uno, qui sequitur, titulo eadem sunt ac libellus notatus a D. Le Couteulx<sup>5</sup> his verbis : « Edidit libellum ab amœnis hortorum rosariis ducta metaphora... quo Christus ejusque Matris Sanctissimæ res olim in terris gestas complexus est ».

3°) *Exercitium De Triplici Meditatione.*

4°) *De Exercitio remissionis peccatorum.*

Hæc opuscula, seculo præterito, adservabantur in bibliotheca cartusiæ Coloniensis ex qua forte per apographa ad alios domos pervenerunt ut videtur constare ex similibus titulis infra subnexis.

5°) *Vita Beatæ Margaritæ, Lotharingiæ Ducissæ*<sup>6</sup>, opus nuper inventum ab Curicque, sacerdoti, qui anno 1863 scribens ad Majorem Cartusiam dicebat se illum typis mandarurus in appendice ad Vitam ejusdem principissæ vernacula lingua a se compositam et taliter inscriptam : *Notice historique sur la bienheureuse princesse palatine Marguerite de Bavière, duchesse de Lorraine (1373-1434)*, Metz, Typogr. Rousseau-Pellez, 1864. La bienheureuse..., dans les *Petits Bollandistes* de Mgr. Guérin, au 27 août<sup>7</sup>.

Vita sanctæ memoriæ D. Margaretæ ducissæ Lotharingiæ descripta a V. P. Adolpho, Priore cartusiæ Trevirensis, ipsius familiaris, reperitur Coloniae in collectione clarissimorum virorum fratrum Gebenius cui titulus *Farragines litterariæ*<sup>8</sup>. Nonnulla excerpta hujusce Vitæ ab Adolpho exaratae leguntur in alia Vita Beatæ quam R. P. Rader, S. J., edidit in tomo tertio suæ *Bavariæ Sanctæ*.

6°) Idem D. Adolphus aliam scripsit *Notitiam Vitæ cujusdam monachi, Ordinis Sancti Benedicti abbatiae Gorze prope Metas, valde SS. Rosarii B. M. V. devoti*. Fortassis hæc notitia reperiebatur in libello *De Commendatione Rosarii*.

Tituli quorundam opusculorum ex cartusia Buxiæ provenientium qui propter similitudinem inscriptionis dubium ingerunt ne sint apographa aut versiones operum V. P. D. Adolphi ab Essendia :

a) *Rosarium Beatæ Mariæ* compositum *per quandam cartusianum* : erat adnexum ad quoddam Breviarium Cartusiense XVI s. exscriptum<sup>9</sup>. – *Rosarium gloriosissimæ Virginis Mariæ* : anno 1498 exscriptum, in-16°, 117 ff<sup>10</sup>. Hæc Rosaria sunt forte adscribenda D. Ambrosio Alentsenio<sup>11</sup>.

*Rossankrantz unseer lieb. frowen (De Rosario B. V. M.)* : hoc opusculum denuntiatur in catalogo bibliothecæ cartusiæ Buxiæ<sup>12</sup> cum aliis libellis quorum tituli latine interpretantur : 1. *Quædam De Ordine cartusiano* ; 2. *De Rosario B. V. M.* ; 3. *Preces pro matutinis* ; 4. *Via ad perfectionem* ; 5. *Discussio conscientiae* : codex manuscriptum XV s., in-12°, 157 ff. (Cat. p. 138, N° 2587).

b) *Geistliche Betrachtungen. Hie vachet an das Leben Jhesu Christi* (hoc est : *Meditationes spirituales super via Jesu Christi*) : cod. ms. XV s., in-16°, 137 pp. (p. 135, N° 2520).

*Geheimnisse d. Lebens u. Leid. d. Herrn. Betr. u. Gebete* (hoc est : *Mysteria vitæ et passionis Domini : Meditationes et precationes*) : cod. ms. XV s., in-16°, 137 pp. (p. 135, N° 2514).

*Geistliche Betrachtungen vom Leiden Christi, deni (?) Wittwmstand, etc...* (hoc est : *Meditationes spirituales super Christi Passione dicatæ viduis*) : cod. ms. XV s., in-4°, 165 ff (Cat. p. 135, N° 2515).

c) *Geistliche Lieder weiser Meister Vollendet, 1437* : cod. ms., in-4°, 183 ff (Cat. p. 135, N° 2521).

d) *Kurtze lere und underwysung, Wie od. wau mit sic. d. Mensch sol schicken zu seiner höcheten volkemenheit* (hoc est : *Brevis instructio seu lectio de modo quo homo se debeat subicere (superioribus ?) pro adipiscenda perfectione*) : cod. ms. XV s., in-8°, 199 ff (Cat. p. 139, N° 2590).

e) *Ain Kurtze mutze underweyssung v. d. betrachten u. himmelspehen* (hoc est : *Brevis instructio de meditatione et orationibus jaculatoriis, adjectis quibusdam meditationibus et precationibus*) : cod. ms. XV s., in-12°, 149 ff (Cat. p. 139, N° 2591).

Eadem opuscula, quæ tribui D. Adolpho, ei pariter adscribuntur a Cl. V. Honthrim in *Hist. Trevir. Diplom.*

#### Bibliographie :

De D. Adolpho et de ejus zelo in propagatione Rosarii egit R. P. Thomas Esser, O. P., uti adnotatum est in notitia D. Dominici Eloini<sup>13</sup>.

De Adolpho mentionem fecerunt : D. Le Vasseur in *Ephem.* ad diem 10 Julii. – Browerus in *Annalibus Trevirensibus* ad annum 1404. – Rader in tomo supra allegato *Bavaricæ Sanctæ*. – Curique in *Compendio Vitæ Beatæ Margaritæ*, apud Guérin *Les Petits Bollandistes* 27 augusti t. VIII, 6<sup>a</sup> ed. – Berseaux *L'Ordre des Chartreux et la chartreuse de Bosserville*. – etc..., etc...

J.-M. Curique *Essai historique sur la vie de la bienheureuse princesse Marguerite de Bavière, palatine du Rhin, fille de l'empereur Robert III, épouse de Charles II, duc de Lorraine (1393), morte à Sierck en odeur de sainteté le 27 août 1434*, Metz, 1859, in-8°, 64 pp. *Notice historique sur la bienheureuse princesse Marguerite de Bavière, duchesse de Lorraine (1373-1434)*, Metz, 1862, in-12°, 40 pp.

De Adolpho, præter scriptores notatos apud Chevalier : *Rep. Bio-Bibl.*, col. 26, egerunt : Beguin *Biographie de la Moselle* (1832), t. IV, pp. 250-251. – Calmet : *Bibliothèque lorraine* (1751), pp. 20-21. – Hartzheim : *Bibliotheca Coloniensis*, p. 4.

---

<sup>1</sup> Essendia, Assindia, vulgo Essen. - <sup>2</sup> alias : 1431. - <sup>3</sup> cf. Chartis Capitulorum Generalium annorum 1440 et 1451. - <sup>4</sup> De visione quam habuit de Rosario scripsi in articulo Dominicus Eloinus N° p. - <sup>5</sup> t. VII, pp. 360-361 : editio Monstroliensis habet : « ... quo Christi Dei Deique Matris res... ». - <sup>6</sup> cf. Le Couteulx *Annales O. C.* t. VII, p. 361. - <sup>7</sup> Paris, Palmé, t. VIII, pp. 616-627., 6<sup>e</sup> éd., 1868 (mêmes références pour l'édition de 1866). - <sup>8</sup> t. XIV, pp. 389-420. - <sup>9</sup> cf. Lud. Rosenthal *Bibl. Cart.*, 1884, p. 11, N° 146. - <sup>10</sup> L. R. *Bibl. Cath. – Theol.*, p. 239, N° 3791. - <sup>11</sup> cf. infra N° p. - <sup>12</sup> Catalogus editus a Carolo Förster, Monachi, 1883. - <sup>13</sup> cf. infra N° p.

## Albertus Buer van Utrecht

- a -
  - b -
  - c - Universiteit Keulen magister artium en dr medicinae.  
circa 1393: clericus Diocesis Traiectensis.
  - d - Arnhem  
novice ca 1401.
  - e - Utrecht prior 1410-1414  
Roermond prior 1415-1421  
Utrecht prior 1421-1426  
Arnhem prior 1426-1430  
Gent hospes 1431-1432  
Basel prior 1432- †  
vis Rheni.
  - f - 6 juli 1439 [c.1440]
  - g -
- 

P. Bastin, Gde Chartreuse, A V 247a, Utrecht: 6<sup>us</sup>, domnus Albertus Buer, 1<sup>a</sup> vice, - 1415. “6<sup>us</sup> domnus Albertus Buer, monachus professus domus nostre in Monichusen” catal. — c.1413 et 1414: priori domus prope trajectum non fit misericordia. La carte de 1415 manque. Dom Albert passa du priorat d’Utrecht à celui de Ruremonde, à un moment qu’il m’est impossible de déterminer. — Il reparaitra un peu plus loin.

Het Utrechts archief, Toegangsnummer 1006/3, Cartularium: Akte van verkoop door Martijn Gheenzenoen aan prior Albertus Buer ten behoeve van het kartuizerklooster Nieuwlicht van 32½ gaarden land aan de Maas te Strijen, 1411 (38v-39r).

Het Utrechts archief, Toegangsnummer 1006/3, Cartularium: Akte van attestatie door de schout van Geervliet, de baljuw van Putten en de baljuw van Poortugaal inzake de verkoop in 1410 door Otte Koudaver aan Albertus, prior van het kartuizerklooster Nieuwlicht, van 3 manninge (21 gemet en 21 roeden) land te Zwedersdijck (Zwaardijk) en 4½ gemet buitendijks land met de tiend en de dijken te Poortugaal en Oedenvliet, 1411 (67r-v).

Het Utrechts archief, Toegangsnummer 1006/3, Cartularium: Akte van erfscheiding door Aelbrecht, prior van de kartuizers buiten Utrecht en Jan Witte Jans Zonckere soen te Delft tussen hun landerijen binnen de 'vorschen' (binnegedijkt land) van Poortugaal, onder toewijzing aan de kartuizers van 4 gemet min een vierendeel land in het vrijland en 9 gemet min 10 roeden land in de Eyfel te Poortugaal, 1422 (48r)

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, 447, Albertus Buer, Utrecht-Brussel, 1439, 6 juli. Spectatissimus vir, magister in artibus, ac medicus Doctor; qui cum præfuisset dominus Traiecti, Ruremundæ ac Monichusen, admotus administrationi Cartusiæ Basiliensis, magna apud Cardinales Concilii causa ibidem congreratos gratia polluit: erat siquidem in temporalibus simul et spiritualibus multum expertus, pacificus ac insigni præditus pietate. Tandem post multos labores exautlatus, de ordine optime meritus, ad cælos, uti sperare par est, feliciter evolavit a. 1439, die 6 julii. *Ex chronico Cartusiæ Basiliensis*.

AC 100:25, p. 500, L34- p. 501, L2, c.1410: AC 100 :25, p. 500 : L23-26, c.1410 : Hactenus Charta, in qua domus et provinciæ ordinis sunt dispositæ prout squitur : Procincia Rheni. domus Sancti Michaelis prope Maguntiam, Sancti Albani prope Treverim, Beatæ Mariæ in Hollandia, Gelriæ, Montis Sancti Beati propr Confluentiam, Sanctæ Barbaræ in Colonia, Sancti Joannis baptitæ prope Dyest, Omnium Apostolorum in Leodio, Montis Sanctæ Mariæ prope Argentinam, Bethleham in Ruremunda, Novæ Lucis Sancti Salvatoris prope Traiectum, Portus Salutis Sancti Andreae prope Amstelredam, Friburgi, Portæ Montis.

AC 100:7, p. 15, L40-41, c.1411: priori Traiecti non fit misericordia, et ad instantiam prioris et conventus nobilibus de Gasbe et Apkoude ipsorum fundatoribus per totum ordinem conceditur monachus prout bene meruerunt.

AC 100:7, p. 30, L26-27, c.1412: priori domus Novæ Lucis prope Traiecti et de divisione conventus quam petunt committitur visitoribus qui anno proximo eam visitabunt.

AC 100:7, p. 44, L34, c.1413: priori Novæ Lucis prope Traiecti non fit misericordia.

AC 100:7, p. 59, L10, c.1414: priori domus Novæ Lucis prope Traiecti non fit misericordia.



AC 100:8, p. 32, L32-..., c.1422: priori domus Novæ Lucis Sancti Salvatoris non fit misericordia, et quia dicta domus in tam extrema necessitate victualium est pro nunc constituta ut suos professos sustentare non valeat sine adiutorio ordinis, et quia iuxta dictum apostoli aliorum penuria debet cæterorum abundantia suppleri, ordinamus quatenus domus quæ sequentur tanquam locupletiores dictæ provincie, videlicet domus Colonie, Beatæ Mariæ in Monichusen, Sancti Albani prope Trevirim, Montis Sancti Michaelis Montis Sanctæ Mariæ prope Argentinam, quælibet videlicet ipsarum mutuet pro quolibet duorum annorum viginti florenos renenses prefate domui recuperandos cum dicta domus ad pinguiorum fortunam pervenerit.

AC 100:10, p. 65, L21-31, c.1422: Priori domus Nove Lucis Sancti Salvatoris non fit misericordia. Et quia dicta domus in tam extrema necessitate victualium est pro nunc constituta ut suos professos sustentare non valeat sine adiutorio ordinis. Et quia iuxta dictum apostoli aliorum penuria debet ceterorum habundancia suppleri, ordinamus quatenus domus que sequentur tanquam locupleciores dicte provincie videlicet domus Colonie Beate Marie in Monichusen Sancti Albani prope Treverim, Montis Sancti Michaelis Montis Sancte Marie prope Argentinam, quælibet videlicet ipsorum mutuet pro quolibet duorum annorum viginti florenos renenses præfata domui recuperandos cum dicta domus ad pinguiorum fortunam pervenerit.

AC 100:8, p. 52, L22, c.1423: priori Novæ Lucis prope Traiectum non fit misericordia.

AC 100:24, p. 55, L16-17, c.1423: priori nove lucis prope traiectum non fit misericordia.

AC 100:10, p. 76, L14-15, c.1423: priori Novelucis prope Traiectum non fit misericordia.

AC 100:24, p. 57, L6-8, c.1424: reverendus in christo pater domnus fredericus episcopus Traiectensis pro quo fiat [unum tricennarium defunctorum].

AC 100:8, p. 72, L2-..., c.1424: priori domus Montis Sanctæ Mariæ prope Argentinam non fit misericordia, sed committitur visitoribus quod sibi eam faciant si videbitur expedire, et mutationem quadraginta florenorum domui Traiecti faciendam a qua petunt relevari solvant infra hinc et festum Assumptionis Virginis Gloriosæ, alioquin prior et procurator abstineant a vino quousque plene persolvant, et idem volumus de aliis domibus de quibus ordinatum fuit relevare paupertatem domus Traiecti sub pœna consimili.

AC 100:24, p. 62, L35-43, c.1424: Priori montis sancte marie prope argentinam non fit misericordia sed committitur visitoribus quod sibi eam faciant si videbitur expedire Et mutationem XL florenorum domui Traiecti faciendam a qua petunt relevari solvant infra hinc et festum assumptionis virginis gloriose alioquin prior et procurator abstineant a vino quousque plene persolvant Et idem volumus de aliis domibus de quibus ordinatum fuit relevare paupertatem domus traiecti sub pœna consimili.

AC 100:8, p. 72, L13, c.1424: priori Novæ Lucis prope Traiectum non fit misericordia.

AC 100:24, p. 62, L50, c.1424: priori Nove Lucis prope Traiectum non fit misericordia.

AC 100:8, p. 94, L20, c.1425: priori Novæ Lucis prope Traiectum non fit misericordia.

AC 100:24, p. 79, L8-10, c.1425: domos vero Porte Montis Basilee Friburgi Argentine et Maguntie visitabunt prior domus Ghelrie et domus Albertus nunc absolutus a domo Traiecti.

AC 100:8, p. 115, L9-10, c.1426: priori domus Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:24, p. 81, L31-32, c.1426: Priori domus Ghelrie non fit misericordia ...

AC 100:8, p. 115, L24-25, c.1426: priori domus Novæ Lucis prope Traiectum fit misericordia, et electio committitur conventui de novo priore.

AC 100:24, p. 81, L46-48, c.1426: Priori domus Lucis prope Traiectum ... fit misericordia Et electio conventui dimittitur de futuro priore.

AC 100:24, p. 79, L8-10, c.1426: Domos vero Porte Montis, Basilee, Friburgi, Argentine et Maguntie visitabunt prior domus Ghelrie et domus Albertus nunc absolutus a domo Traiecti.

AC 100:8, p. 115, L27-29, c.1426: priori domus Basileæ non fit misericordia, et de remissione taxæ quam petit respondebit ei prior Gelriæ, et de licentia quam pro procuratore petit conceditur sibi pro quatuor vicibus per annum usque ad sex milliaria.

AC 100:8, p. 134, L28, c.1427: priori domus in Monichusen non fit misericordia.

AC 100:8, p. 125, L6, c.1427: provinciam Rheni visitabunt priores Moguntia et Gelriæ.

AC 100:9, p. 15, L29-33, c.1428 : priori domus Beatæ Mariæ in Monichusen non fit misericordia, et de monacho incarcerato committitur priori Ruremundæ qui causa sua examinata cum pace conventus ipsum educat de carcere si videbitur expedire, et de timore dispersionis faciendæ volumus quod si opus fuerit quod Deus avertat mittant emittendos ad domos suæ provincie.

AC 100 :10, p. 118, L34-p. 119, L2, c.1428 : Priori domus Beate Marie in Monichusen non fit misericordia, & de monacho incarcerato committitur Priori domus Ruremunde qui causa sua examinata cum pace conventus ipsum educat de carcere si videbitur expedire, & de timore dispersionis faciende volumus quod si opus erit quod Deus avertat mittant emittendos ad domos eiusdem provincie.

AC 100:9, p. 34, L13-19, c.1429: priori domus Beatæ Maria in Monichusen non fit misericordia, et si placet priori et conventui vocent priores domorum Traiecti et Vassaliæ ad terminandem prout prior petit; qui tamen priores dictum Nicolaum de carceribus non eripiant nisi quantum bona conscientia et secundum tenorem statutorum possunt, nec ad aliam domum quancumque ipsum forte ereptum transmittant nisi dictæ domus ad quam mittendus est præhabito consensu.

AC 100:9, p. 35, L3-6, c.1429: priori domus Insulæ Reginæ Cœli prope Vesaliam fit misericordia, et autoritate capituli generalis prior domus Gelriæ cum socio priore quem duxerit eligendum assignet monachis dictæ domus terminos secundum formam statutorum prout petunt, et remittitur conventui electio.

AC 100:10, p. 139, L8-15, c.1430: Priori domus Monichusen non fit misericordia, et super debito quod a domo Traiecti exquirat pace Traiectensium reddita Visitatores Picardie remocioris sibi iusticiam facere non omittant, et de incarcerato ibidem committimus Visitoribus ut sibi plenerie secundum terminando iusticiam faciant, eidemque iniungentes prout alias fuit iniunctum quatinus prefatum Capitulum super prefata causa aliunde sufficienter occupatum amodo non inquietet.

AC 100:24, p. 107, 23-24, c.1431: Et loco domni Johannis de sanden remaneat hospes domnus albertus buer in predicta domo gandavi.

AC 100:9, p. 54, 13-15, c.1431: priori domus Vallis Regalis prope Gandavum non fit misericordia, et loco domni Ioannis de Sandem remaneat hospes domnus Albertus Buor in prædicta domo Gandavi.

AC 100:3, p. 29, L19-20, c.1438: priori domus Vallis Sancte Margarete in Basilea non fit misericordia. Et committitur visitoribus provincie ut dictam domum visitent.

AC 100:3, p. 50, L22, c.1439: priori domus Vallis Sancte Margarete in Basilea non fit misericordia.

AC 100:9, p. 54, L19-23, c.1439: provinciam Reni visitabunt priores domorum Argentine et Colonie. Et iniungimus seriose prioribus Gandavi, Colonie et Argentine ut citius quo poterunt illustrem principem dominum ducem Gelrie accedant eidem responsuri secundum informationem sibi datam a capitulo, sub expensis provincie Reni demptis dominus Basilensis et Rutilensis.

AC 100:3, p. 57, L22-25, c.1440: dominus Albertus Buer, qui fuit prior in domibus Traiecti, Ruremunde, Monichusen et Vallis Sancte Margarete in Basilea, qui habet per totum ordinem plenum cum psalteriis monachatum, cuius dies obitus scribatur in calendariis conventualibus VI<sup>a</sup> die julii.

AC 100:24, p. 172, L26-30, c.1440: Domnus Albertus Buer qui fuit prior in domibus Traiecti Rueremundi Monichusen et Vallis Sancte Margarete in Basilea qui habet per totum ordinem plenum cum psalteriis monachatum cuius obitus dies scribatur in calendariis conventualibus VI die julij.

AC 100:11, p. 1, L24-27, c.1440: Domnus Albertus Buer, qui fuit Prior in domibus Traiecti, Ruremundie, Monichusen, et Vallis Sancte Margarete in Basilea Qui habet per totum Ordinem plenum cum psalterijs monachatum. Cuius obitus dies scribatur in Calendarijs conventualibus sexto die Julij.

AC 100:11, p. 42, L34-36, c.1444: prior Basilee prefate domui libros, ymagines & cetera per domnum Albertum Buhre apportatos eidem domui restituat.

AC 100:3, p. 151, L4-9, c.1444: priori domus Beate Marie in Monichusen in Guelria non fit misericordia. Et de expensis unius monachi domus Bononie in domo sua incarcerati et pecuniis pro viatico sibi traditis solvat prior Bononie pro toto decem ducatos. Item: de alio monacho de quo scribit teneat eum in carceribus prout bene meruit. Et prior Basilee prefate domui libros ymagines & cetera per dominum Albertum Bure apportatos eidem domui restituat.

de Wal, 4051-68, f<sup>o</sup> 131v:

PSHAL 76 (1940) 101.

## **Albertus Kievit**

- a -
- b - Arnhem, 1369
- c -
- d - 1° Monichusen 1390  
2° Wezel 1418.
- e - Amsterdam 1393 – 1418  
Wezel 1418  
Wezel procurator ? - ?
- f - 17 mei 1449 (c.1450).
- g -

---

Stanislas Autore: Pietate et doctrina insignis. Patria arnhemius natus est anno 1369, ad vigesimum autem annum cum pervenerit, mundum sprevit et professionem emisit in cartusia suæ patriæ. Anno 1393 missus fuit ad cartusiam recentam Amstelodami, e qua anno 1418 transmigravit ad novam plantationem domus Wesaliensis, in diœcesi Coloniensi, ubi de more tunc temporis, aliam emisit professionem, ibidemque institutus est Magister Novitiorum et Procurator (cf. D. Le Cout. T. VII, p. 401 in fine) et die 17° maii 1449, ad supernam abiit patria. AC 100:11, p. 88, L25-26, c.1450: Domnus Alberetus Kivit, monachus professus domus Beate Marie in Monichusen, ultimo domus Insule Regine Celi prope Wesaliam, sacerdos, [pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

## **Alphardus Christiani de Amsterdam**

- a -
  - b -
  - c - Parijs, Heidelberg.
  - d - Monichusen
  - e - Roermond prior 1408  
Amsterdam prior 1415/1416 – 1420  
Geertruidenberg prior 1420 -
  - f - Utrecht 27 september 1425 (c.1426)
  - g -
- 

AC 100:10, p. 63, L35-p. 64, 1, c.1422: Priori domus Vallis Beate Marie in Hollandia non fit misericordia.

AC 100:24, p. 47, L34-35, c.1422: Priori domus beate marie in hollandia non fit misericordia.

AC 100:24, p. 79, L8-10, c.1425: domos vero porte Montis Basilee Fribeurgi Argentine et Maguntie visitabunt prior domus Ghelrie et domnus Albertus nunc absolutus a domo Traiecti.

AC 100:8, p. 102, L29-30, c.1426: domnus Alphardus Christiani de Amstelredam monachus domus Monichusen pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

AC 100:10, p. 95, L27-28, c.1426: Domnus Alphardus Christiani de Amsterdam monachus domus Monichusen pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

AC 100:24, p. 76, L10-11, c.1426: Domnus Alfardus Christiani de Amsterdam monachus domus monichusen pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

Chr. De Backer, p. 84, nr 7.

## Alphardus de Hollandie

- a -
  - b -
  - c -
  - d -
  - e - Erfurt prior 1400-1408  
Monichusen prior 1408 - †.  
convisitator Alemaniae Inferioris 1400-1405  
visitator Alemaniae Inferioris 1405-1409  
convisitator Rheni 1410-1414  
visitator Rheni 1418-1422
  - f - 13 augustus 1424 (c.1425).
  - g -
- 

AC 100 :25, p. 230, L15-19, c.1398 : Priori Leodii non fit misericordia. Et committimus Priori Gelriæ quod, receptis præsentibus, cum socio Priore quem duxerit eligendum vadat et visitet prædictam domum; committentes sibi pro hac vice duntaxat in officio Visitatoris dictæ domus nostram et Capituli Generalis plenariam potestatem.

AC 100:25, p. 246, L33-p. 247, L8, c.1399: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et quia in literis suis multas excusationes facit quare non receperit monachum suæ professionis missum sibi per Priorem Coloniae Visitatorem Provinciae autoritate Capituli Generalis, ex alia etiam parte plurima allegantur, et sic in absentia personarum non valentes debite rei veritatem cognoscere, committimus et iniungimus Priori Herbipolensi ac etiam Priori domus Leodii, ut indilate receptis præsentibus se personaliter conferant ad eandem domum Gelriæ visitandam, et investigata diligenter veritate, quos culpabiles invenerint puniant prout eorum discretioni videbitur expedire. Et concedimus pro hac vice tantum quoad dictum actum visitationis explendum nostram plenariam potestatem, et in casu quo alter eorum esset legitime impeditus, alter ipsorum cum socio Priore ad hoc apto possit prædictam visitationem effectualiter et debite expedire.

AC 100:25, p. 247, L10-15, c.1399: Priori Coloniae non fit misericordia. Et exhortamur ipsum in Domino, ut in suis infirmitatibus et laboribus ac etiam Ordinis obedientiis habeat sanctam patientiam propter Deum. De facto vero monachi per eum missi ad domum Gelriæ, Visitatores per nos ad hoc deputati faciant iustitiæ complementum, prout eorum discretioni videbitur expedire.

AC 100:25, p. 265, L10-11, c.1400: Priori Gelriæ non fit misericordia; et exhortamur illum in Domino, ut habeat patientiam in officio propter Deum.

AC 100:25, p. 282, L34-37, c.1401: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et concedimus licentiam, sisit de voluntate et consensu sui conventus et de consilio alterius saltem Visitatoru, quod possit recipere duos donatos, servata forma *Novarum Constitutionum*.

AC 100:25, p. 283, L9-15, c.1401: Priori Traiecti ad eius instantiam fit misericordia; et hortamur eum in Domino, ut pro consolatione et informatione futuri Prioris maneat in eadem domo usque ad sequens Capitulum Generale. Et confirmationem electionis novi Prioris committimus Prioribus Gelriæ et Amstelredam.

AC 100:25, p. 310, p. 21, c.1403: Priori Gelriæ non fit misericordia

AC 100:25, p. 310, L27-35, c.1403: Priori prope Diest non fit misericordia. Et committimus auctoritatem Capituli Generalis super domum prope Diest Priori Traiecti usque ad futurum Capitulum. Et concedimus sibi licentiam recipiendi duos donatos prout ipse cum conventu suo rogavit, de consensu conventus et unius Visitatoris secundum formam *Novarum Constitutionum* ; et confirmamus et approbamus professionem fratris Theodorici de Bredero et olim professi domus Gelriæ, præsertim visa litera domus Gelriæ missa domui de Diest ac nobis presentata.

AC 100:25, p. 326, L24-25, c.1404: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et habeat patientiam in laboribus et infirmitatibus suis.

AC 100:25, p. 343, L16-18, c.1405: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et concedimus sibi licentiam, ut possit recipere Gerbertum in præbendarium de consensu sui conventus sicut postulavit.

AC 100:25, p. 362, L41-43, c.1406: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et concedimus sibi licentiam recipiendi donatum illum pro quo scripsit, secundum formam tamen Statutorum nostrorum.

AC 100:25, p. 380, L29, c.1407: Priori Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:25, p. 396, L28, c.1408: Priori Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:27/1, p. 90, L26, c.1409: Domnus Giselbertus Prior domus Geldriæ in Monichusen.

AC 100:25, p. 402, L24, c.1409: Domnus Gisbertus Prior domus Gelriæ, habens tricenarium.

AC 100:25, p. 403, L25, c.1409: Domnus Giselbertus Prior domus Gelriæ.  
Chr. De Backer: p. 91, nr 76.

## Godefridus van Monichusen

- a -
- b -
- c -
- d -
- e - vicaris ? - †.
- f - c.1440.
- g -

---

AC 100:3, p. 58, L35-36, c.1440: dominus Godefridus de Monichusen, vicarius domus in Monichusen, sacerdos [pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

AC 100:24, p. 173, L30-31, c.1440: domnus godefridus de monichusen vicarius domus in monichusen sacerdos [pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

AC 100:aa, p. 3, L4-5, c.1440: domnus Gotfridus, monachus domus de monichusen, & Vicarius domus eiusdem sacerdos [pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum ordinem].

**Goswinus Mullinck**  
alias **Mullinc, Melling.**

- b - Arnhem.
- d - Arnhem..
- e - Trier vicaris ? - ?  
Trier procurator 1431,1432  
Zelem prior 25 oktober 1434- †.
- f - 25 oktober 1437.

---

PB:

AC 100:3, p. 18:

AC 100 :10, p. 186, L9, c.1435 : Priori domus Sancti Johannis prope Diest non fit misericordia.

AC 100 :24, p. 139, L14-15, c.1435 : priori domus sancti johannis baptiste prope diest non fit misericordia.

AC 100 :10, p. 192, L34-36, c.1436 : Priori Sancti Johannis prope Diest non fit misericordia, & de incarcerato liberando de quo scribunt Vicarius & duo monachi committitur Priori Andwerpie tamen fiat hoc cum consensu Prioris & conventus.

AC 100 :24, p. 146, L31-34, c.1436 : Priori sancti johannis prope diest non fit misericordia et de incarcerato liberando de quo scribunt vicarius et duo monachi committitur priori antwerpie tamen fiat hoc cum consensu prioris et conventus.

AC 100 :24, p. 153, L25, c.1437 : priori domus sancti johannis prope dyest non fit misericordia.

AC 100:10, p. 205, L30, c.1438: Domnus Goeswinus Prior domus Beati Johannis prope Diest sacerdos pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

AC 100:24, p. 157, L19, c.1438: domnus Gonsynus prior domus Sancti Johannis prope Diest sacerdos pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

De Backer p. 92, n° 82.

## **Goswinus van Utrecht**

- b -
- d - Arnhem, ca 1547
- e - Monichusen vicaris c.1571- ?  
Koblenz hospes ? - †
- f - 15 mei 1594

---

AC 100:49/2, p. 107, c.1571: domnus Gosvinus a Trajecto ibidem professus exerceat officium vicarii ibidem ad ordinis voluntatem.

Ch. De Backer, nr 83.

AC 100:27/4, p. 42, L4-6, c.1594: domnus Gostrinus, **professus domus monachorum Gosnay**, habitans in domo Confluentiæ, qui laudabiliter vixit in ordine 47 annis (Chauvet Goswinus,44 annis). Niets in P. Bastin, A-V 102a,, Gosnay!

## **Gualterus Bor van Deventer**

- a -
- b -
- c -
- d -
- e - vicaris ? - ?.
- f - 15 october 1500 [c.1501].
- g -

---

AC 100:27/2, p. 83, L38-39, c.1501: Domnus Vualterus Bor, professus domus in Monichusen.  
Ch. De Backer, p. 112, nr 271: CC 120, 202; E. f. 32v; CT f. 159r

## **Gulielmus Albertsz**

- a -
- b -
- c -
- d -
- e -
- f - c.1534.
- g -

---

AC 100:27/2, p. 45, L26, c.1534: Domnus Vuillelmus Alberti, professus domus Monachorum.

## **Gulielmus Backerweert**

a -

b -

c -

d -

e -

f - 3 maart c.1383/c.1384.

g -

---

AC 100:25, p. 13, L38, c.1382: priori Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:25, p. 17, L25, c.1383: obiit Willelmus Prior Gelriæ, habens tricenarium (hactenus a tergo).

AC 100:25, p. 24, L9, c.1384: Obiit donnus Guilelmus Prior domus Gelriæ, habens tricenarium

AC 100:27/1, p. 45, L1-2, c.1384: Domnus Guillelmus, Prior domus Geldriæ prope Arnhemium; obiit 3<sup>a</sup> Martij.



**Gulielmus Colart**  
alias **Colaert, Collert, Pollart**

a -

b -

c -

d -

e -

f - 9 november 1514 [c.1515].

g -

---

AC 100:27/2, p. 173, L34-36, c.1515: domnus Vuillelmus Colart, professus in Monichusen, habens anniversarium perpetuum sub 9a 9bris, et missam de Beata in provincia Teutoniæ.

SAL, Obituarium, 9 november: dns Wylhelmus Colart monachus domus Monichusen.

Chr. De Backer, p; 114, nr 286.

Arsenal: 8 [decembris] Obitus domni Wilhelmi Colaes monachi domus Monachorum.

**Gulielmus Dedel**  
alias **Hedel**

- a -
- b -
- c -
- d -
- e - c.1439
- f -
- g -

---

AC 100:3, p. 50, L6-8, c.1439: domno **Willelmo Hedel** super his que peit respondebitur ad partem Similiter et domno Nicholao Tac

AC 100:10, p. 222, L31, c.1439: domno Willelmo Dedel super hiis que peit respondebitur ad partem. Similiter et domno Nicholao Tac.

AC 100:24, p. 170, L8-10, c.1439: et domno Willelmo Dedel super hiis que peit respondebitur ad partem. Similiter et domno nicholao tac.

Chr. De Backer, p. 114, nr 287.

**Gulielmus Stadtloo**  
alias **Stadeloo, Stadlos**

a -

b -

c -

d -

e -

f - 23 februari 1573 [c.1573].

g -

---

AC 100:27/3, p. 207, L28-29, c.1573: domnus Guillelmus Stadeloo, professus domus Monachorum.

## **Gulielmus Strick [Strijt]**

a -

b -

c -

d -

e -

f - 14 april 1419 [c.1420].

g -

---

AC 100:24, p. 29, L2-3, c.1420: domnus wilhelmus strick sacerdos monachus in monchusen pro quibus fiat [tricennarium defunctorum per totum ordinem].

AC 100:10, p. 38, L26-27, c.1420: domnus Willelmus Strick sacerdos monachus in Monchusen, pro quibus fiat [tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

AC 100:8, p. 2, L32-33, c.1420: domnus Guillelmus Strit sacerdos monachus in Monchusen, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

Chr. De Backer, p. 115, nr 296.

## Gulielmus Vroyde [Vroede]

- a -
  - b - Utrecht Sticht.
  - c - Universiteit Praag magister artium, 1373; rector Latijnse school te Deventer, 1378-1381.
  - d - Monichusen.
  - e - Monichusen prior 1386 – 1394  
convisitator/visitator.
  - f - 16 oktober 1394 [c.1395].
  - g -
- 

Chr. De Backer, p. 115, nr 297.

AC 100:25, p. 47, L32-p. 48, L6, c.1386: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et committitur Visitoribus vel saltem uni eorum, quod fratrem Hermannum monachatum dictæ domus licite et ordinate possit transmittere ad partes suæ nationis pro casibus suæ conscientiæ serenandis si et quando eis videbitur expedire et necessarium fore, super quo eorum conscientias oneramus; Ita tamen quod infra viginti dierum spatium ad domum suam infallibiter revertatur, alias pro fugitivo habeatur. Et quia contra debitum iustitiæ et Ordinis honestatem Prior et conventus dictæ domus cum quodam Abbate Cisterciensi in curiis episcopalibus pro quodam novitio litigarunt, qui in Cisterciensi Ordine fuerat iam professus et per diffinitivam sententiam a nostro Ordine abstractus et suo Ordine adiudicatus in nostri Ordinis vilipendium et iacturam, volumus quod Prior per tres menses sit extra sedem uam, et tres infra unum mensem post receptionem præsentium immediate sequentem faciat abstinentias præter ab Ordine constitutas; et quilibet de conventu cum reddito unus post alium comedat ad terram die una sine vino, et su die sit novitus.

AC 100:25, p. 59, L37-38, c.1387: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et de his quæ petit, Donnus Cartusiæ sibi respondebit.

AC 100:25, p. 70, L16, c.1388: Priori Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:25, p. 73, L10, c.1388: Provinciam Picardiæ visitabunt Priores domorum Hollandiæ et Gelriæ.

AC 100:25, p. 87, L8, c.1389: Priori Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:27/1, p. 51, L18-22, c.1389: Annis 1389, 90 et 91 Priori domus Montis Omnium Angelorum non fit misericordia; et committimus visitationem dictæ domus Prioribus Geldriæ et Herbipolis, cum plena potesta. Hoc anno 91 Prior Geltiæ erat convisitator Provinciæ Picardiæ, et Prior Herbipolensis Provinciæ Alemanïæ Inferioris.

AC 100:25, p. 104, L19, c.1390: Priori Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:25, p. 118, 6-9, c.1391: Provinciam Picardiæ visitabunt Priores Hollandiæ et Gelriæ; et committimus eis quod circa recuperationem domus Capelle sint vigiles et attentii. Domum vero Hollandiæ visitabunt Priores Coloniae et Ruremundæ.

AC 100:25, p. 118, L3-4, c.1391: Provinciam Alemanïæ Inferioris visitabunt Priores . . . . ., hoc duntaxat excepto, quod domum Argentinæ et Gelriæ hoc anno visitabunt Priores Moguntiae et Ruremundæ.

AC 100:25, p. 118, 6-9, c.1391: Provinciam Picardiæ visitabunt Priores Hollandiæ et Gelriæ; et committimus eis quod circa recuperationem domus Capelle sint vigiles et attentii. Domum vero Hollandiæ visitabunt Priores Coloniae et Ruremundæ.

AC 100:25, p. 121, L6-8, c.1391: Priori Montis Omnium Angelorum non fit misericordia; et committimus visitationem dictæ domus Prioribus Gelriæ et Herbipolensi, cum plena potestate.

AC 100:25, p. 122, L15-18, c.1391: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et ordinamus quod frater Theodoricus de Brederode redditus licite possit profiteri in statu clerici redditii, non obstantibus quibuscumque irregularitatibus quibus esset forsitan irretitus.

AC 100:25, p. 132, 8, c.1392: Provinciam Picardiæ visitabunt Priores domorum Hollandiæ et Gelriæ

AC 100:25, p. 135, L18, c.1392: Priori Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:25, p. 150, L35, c.1393: Priori Gelriæ non fit misericordia.

AC 100:25, p. 166, L11, c.1395: Donnus Wilhelmus Prior domus Gelriæ olim, habens tricenarium.

AC 100:25, p. 167, L25, c.1395: Obiit donnus Wilhelmus Prior Gelriæ, habens tricenarium.

**Gulielmus Welderen**  
alias **Wilderey**.

- a -
- b -
- c -
- d -
- e - Monichusen sacerdos 29 mei 1518
- f - 10 april 1553 [c.1553].
- g -

---

AC 100:27/3, p. 94, L14-15, L14-15, c.1553: domnus Guillelmus V/n/erderay, professus domus Monachorum.

**Gulielmus de Zutphania**  
**alias de Zutfania, de Sutfanis.**

a -

b -

c -

d - Luik

e - Monichusen hospes c.1383 -c.1384

Luik c.1384, c.1395 en c.1403.

f - 14 januari 1411.

---

*AC 100 :25, p. 22, L14, c.1383 : Priori Leodii non fit misericordia. Et maneat Willelmus in domo Ghelrensis hospes sub expensis domus Leodii, alioquin ad domum suam remittatur.*

*AC 100:25/1, p. 27, L5-7, c.1384: Priori Gelriæ non fit misericordia. Et donnus Guilelmus de Zutfania monachus domus Leodii ad dictam domum Gelriæ ulterius non mittatur.*

*AC 100 :25, p. 182, L3-7, c.1395: Priori Leodii non fit misericordia. Et de donno Wilhelmo de Sutfania incellato, committimus Visitoribus ut in ipso ordinent prout eorum discretioni videbitur opportunum ; et concedimus sibi ut ultra numerum monachorum in Statutis ordinatum possit recipere tot personnas quot possit competenter sustenare.*

*AC 100:25/3, p. 311, L3-13, c.1403 : Et iuxta petitionem conventus, concedums quod si ille Wilhelmus de Zutphenia reversus fuerit ad eos, recipiant eum ad carcerem ; a quo eum non eximant nisi de consensu Prioris et conventus, si se laudabiliter emendaverit. De divisione vero conventus de qua faciut mentionem, speramus in Domino quod erit necesse, si tamen ita fieri oporteret, quod absit, habetur in Charta quid et qualiter fieri debeat.*

*Seynaeve, p. 347.*

*AEL, Chartreux, 7, obituaire, 14 janvier : Domnus Wilhelmus de Zutphania monachus domus huius cum parentibus suis*

## Henricus

- a -
- b -
- c -
- d -
- e -
- f - c.1411
- g -

---

AC 100:7, p. 2, L32, c.1411: domnus Henricus monachus sacerdos et professus domus Guelriæ.



## Henricus Achant

a -

b -

c -

d -

e - Monichusen c.1446.

f -

g -

---

AC 100:3, p. 198, L17-19, c.1446: priori domus Beate Marie in Monichusen prope Arnhem non fit misericordia. Et de his que scribit et petit dominus Hinricus Alant monachus eiusdem domus committimus visitoribus qui sibi respondebunt ad partem.

AC 100:11, p. 59, L4-5, c.1446: Priori domus Beate Marie in Monichusen prope Harnem non fit misericordia. Et de his que scribit & petit domnus Hinricus Achant monachus eiusdem domus committimus visitoribus qui sibi respondebunt ad partem.

## Henricus de Alkemade [Alcmade]

a -

b -

c -

d - Monichusen ca 1370.

e -

f - c.1419

g -

---

AC 100:24, p. 21, L33, c.1419: domnus henricus de alcmade sacerdos monachus domus monichusen [pro quibus fiat unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

AC 100:10, p. 29, L9, c.1419: Domnus Henricus de altmade sacerdos monachus domus de Monichusen, pro quibus fiat [unum tricennarium defunctorum per totum Ordinem].

Chr. De Backer, p. 92, nr 87.

**Henricus Barbier**  
alias **Barberij**

a -

b -

c -

d -

e -

f - 26 april 1466 [c.1467].

g -

---

AC 100:12, p. 84, L8, c.1467: domnus Henricus Barberij, monachus professus dicte domus [Monichusen] sacerdos, pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].

## Henricus Beckbeek van Oldenzaal

- a -
  - b -
  - c -
  - d - Monichusen
  - e - Amsterdam initiator 1393  
Amsterdam rector 1394-1398  
Amsterdam prior 1398-1404  
Brugge prior 1410- †
  - f - c.
  - g -
- 

Chr. De Backer, p. 92, nr 89.

AC 100:25, p. 181, L21-26, c.1395: Rectori novæ plantationis Sancti Andreae prope Amstredam non fit misericordia. Et committimus futuris Visitoribus, quod de personis et aliis disponendis et ordinandis circa dictam novam plantationem prout videbitur opportunum valeant disponere et ordinare; iniungentes eidem Rectori districte quod statum dictæ domus plenarie futuro Capitulo debeat intimare.

AC 100:25, p. 195, L21-27, c.1396: Rectori novæ plantationis Sancti Andreae prope Amstelredam non fit misericordia. Et de his pro quibus scripsit Capitulo Generali, respondebit sibi Prior Herbipolensis ad partem; Committentes eidem et Prior Coloniae Visitoribus Provinciae in his quæ videntur necessaria circa dictam novam plantationem et Plantationem de Traiecto penariam potestatem, iniungentes Rectoribus dictarum domorum quod in contingentibus necessariis ad dictos Visitatores habeant recursum.

AC 100:25, p. 215, L8-14, c.1397: Rectori domus Sancti Andreae prope Amsterledam non fit misericordia. Et concedimus sibi quod illum sacerdotem pro quo supplicavit Capitulo Generali possit recipere I donatum, servata tamen forma *Novarum Constitutionum*; Committentes Visitoribus Provinciae in his quæ pertinent vel pertinere poterunt ad dictam novam plantationem Traiecti in ordinandis et disponendis, uque ad sequens Capitulum Generale nostram plenariam potestatem.

AC 100:25, p. 231, L32-40, c.1398: Rectori de Amsterledam non fit misericordia. Et ad ipsius et conventus sui magnam instantiam et Visitorum relationem, præfatam domum omnia via et modo quibus melius possumus per præsentem nostro Ordini incorporamus; præficientes præfatum Rectorem in Priorem dictæ domus; ordinantes quod usque ad sequens Capitulum Generale, in his quæ necessaria fore videbuntur dictæ domui ad præfatos Visitatores recursum habere teneatur; quibus vel alteri eorum in ordinandis et disponendis quæ pertinent ad dictam domum usque ad sequens Capitulum præfatum concedimus plenariam potestatem.

AC 100:25, p. 248, L19-27, c.1399: Priori de Amsterdam non fit misericordia. Et de monacho de quo scripsit Capitulo Generali, committimus ordinandum Priori Herbipolensi et Priori Leodii prout eorum discretioni videbitur expedire. Et in necessitatibus occurrentibus super annum, habeat recursum ad Priorem Coloniae, cui quoad hanc præfatam domum committimus nostram plenariam potestatem usque ad sequens Capitulum, prout etiam alias ei extitit specialiter commissum. Et concedimus sibi quod possit recipere illum donatum de quo scripsit Capitulo Generali de consilio alterius Visitoris, servata forma *Novarum Constitutionum*.

AC 100:25, p. 264, L16, c.1400: Priori de Amstelredam non fit misericordia.

AC 100:25, p. 311, L27-32, c.1403: Priori prope Amsterledam non fit misericordia. Et super licentia quam petit, respondebit sibi Prior Trevirensis. Et confirmamus terminos domus per Visitatores assignatos. Et iniungimus sibi, quod mittat Priori Trevirensi unum florenum ducatum adhuc pro taxa Capituli, et unum florenum ducatum pro Procuratore Ordinis? quantocius commode poterit.

AC 100:27/1, p. 78, L43, c.1404: Absolvitur Prior Amsterdamensis in Hollandia.

AC 100:7, p. 14, L30:33, c.1411: priori Vallis Gratiae prope Brugis non fit misericordia, et committitur visitoribus super emissionem illorum de quibus scribunt, necnon et super receptione donati et prebendarii, et conceditur dictæ domui quod in casu imminentis periculi possit se transferre ad loca tutiora.

## Henricus van Coesfeld

alias **Kenemade, Kenemadius.**

- d - Arnhem ca 1369.
  - e - Monichusen prior 1373-1378  
Geertruidenberg prior 1378-1381  
Di prior 1394-1401  
Geertruidenberg prior 1401- †.  
**vis prov ; Alem. Inferior. ? -1404**  
cvs **prov. Rheni** 1404-1406  
**vis prov. Rheni** 1406-1410.  
**vis prov. Picardiæ 1410-†.**
  - f - 9 juli 1410 (te Brugge tijdens de visitatie).
  - g - auteur.
- 

AC 100:26, p. 20:

KBR, de Wal, 7043, f° 3v: Advertat prudens lector me in hac serie visitorum non ponere nisi extremos annos hoc est primum et ultimum cuiuslibet visitoris nisi quando convisitor mutatur, pro quo idem observandum erit atque intermedios annos subintelligendos esse. Sciat etiam benignus lector quod D. Theodoricum Terlinc præcesserit in officio visitoris D. Henricus de Cosveldia, prior domus S. Mariæ propè Montem S. Gertrudis, vir, ut ait Trithemius, in scripturis Sanctis studiosus et eruditus, vita et conversatione devotus et magnæ opinionis, moritur in domo Vallis Gratiae propè Brugas visitationis actu salubriter intentus septimo idus julij, anno D<sup>ni</sup> 1410

KBR, de Wal, ms. 7043, f° 37v: Henricus Coesfeldius, Westphalica, fuit ditione oriundus utpote diœcesi Monasteriensi, de quo non solum Bostius sed et Trithemius, Sutor, Sixtus Senensis fuit prior domus S. Mariæ prope Montem S. Gertrudis in Hollandia et visitor Picardiæ, h<sup>o</sup>ni<sup>o</sup>, inquit Chronicon domus Capellæ, magnæ scientiæ et litteraturæ et bonæ famæ, obiit in actu visitationis dum officio suo facturus satis cartusiam adiret Brugensem, illic namque piè in domino obdormivit anno salutis humanæ 1410, septimo idus julij. Habuit monachatum. Scripsit de (per)profectibus. Vide Bib. Cart.PB:

Christian De Backer, p.93, n° 92.

PB:

Le Vasseur, *Ephemerides*, II, p.?, Henricus Coesfeld, Geertruidenberg, 1410, 10 juli

Prior Hollandiæ. Patria monasteriensis ; non magis ingenio, eruditione, dicendi facundia, rerumque agendarum dexteritate, quam pietate, devotione ac zelo singularis, tempore schismatis difficilia quæque Ordinis obivit munia. Tanta etenim erat apud omnes in existimatione, ut plerosque Visitatores qui stabant sub obedientia Romani Pontificis, ex mandato Capitulum generalium, ipsum etiam R. P. Stephanum in Cartusia Seiz residentem, visitaverit. Multoties etiam ei fuit demandata Visitatio domorum Angliæ. Cumque multos pro ordinis conservanda stabilitate et unione stabilienda labores exautlasset, dum ex officio lustraret domos Belgii, extremo correptus morbo in Cartusia Brugensi, ibidem in domino obdormivit die 9 Julii, a.1410, bene meritus de Cartusiensi familia. Ejus obitus notatur in Charta generalis ad 10 Julii. *De eo meminit Raissius in Auctario SS Molani ad diem 9 Julii, cumque vocat Beatum ; Petræus in Bibliotheca et multi alii.*

AC 100:27/1, p. 32, L25-29, c.1378: Priori Geldriæ fit misericordia ad suam instantiam magnam; et prædicimus eum in Priorem domus Hollandiæ; et domnus Joannes de Molendino cum expensis domus suæ vadat ad domum Antverpiæ usque ad Capitulum Generale, si forte recuperare valeat sanitatem.

AC 100 :25, p. 181, L32, c.1395 : Priori prope Deyst non fit misericordia.

AC 100 :25, p. 196, L4-7, c.1396 : Priori prope Dyest non fit misericordia. Et conceditur sibi licentia quod possit recipere duos oblatos, servata forma *Novarum Constitutionem*. Et de incarcerato illo de quo scripsit Capitulo Generali, committitur futuris Visitoribus ordinandum.

AC 100 :25, p. 213, L24-28, c.1397 : Priori de Diest non fit misericordia. Et committimus Visitoribus, quod in casu quo videatur expediens et utile pro domo, autoritate Capituli Generalis possint sibi concedere quod possit recipere tres donatos, servata tamen forma *Novarum Constitutionum*; possint etiam concedere quod conversi possint equitare prout scripsit Priori Cartusiæ.

AC 100 :25, p. 229, L37-42, c.1398 : Priori de Diest non fit misericordia. Et de illo monacho ospite de quo cum conventu suo scripsit Capitulo Generali, committimus Visitoribus Provinciæ ordinandum in Provincia eorum prout eis videbitur expedire. Et propter paupertatem dimittimus eis taxam Capituli. Et concedimus eis quod illa bona iam eis data, licet sint extra terminos, possint licite possidere quousque bono modo valeant alienari.

AC 100 :25, p. 247, L16, c.1399: Priori de Diest non fit misericordia

AC 100 :25, p. 264, L20-25, c.1400 : Priori domus prope Diest non fit misericordia. Et iniungimus sibi, ut numerum personarum quem habet ad præsens non augeat sine licentia Capituli Generalis vel Donni Cartusiæ, donec ecclesia et structuræ ecclesiæ perficiantur. Et super istis de quibus petit consilium, habeat recursum ad

Priorem Coloniae. Et propter paupertatem, concedimus sibi ut non gravetur hospitibus usque ad sequens Capitulum Generale.

AC 100 :25, p. 282, L41, c.1401 (Seitz, 11 kalendas Februarii) : Priori de Diest non fit misericordia.

AC 100:25, p. 310, L18-20, c.1403: Priori Hollandiae non fit misericordia. Et approbamus et ratificamus professionem donni Philippi monachi pro qua supplicavit Capitulo Generali; et pro novitio recipiendo respondebit sibi Prior Gandavi.

AC 100:25, p. 323, L3-5, c.1404: Donnus Cartusiae eligit infra scriptos Priores, videlicet ..., Hollandiae, qui &c., plenius continetur.

AC 100:25, p. 32, L10-12, c.1404: Domum Valis Omnium Sanctorum visitabunt Priores Hollandiae et Erfordiae, domum Novae Cellae visitabunt Priores Hollandiae et Herbipolensis.

AC 100:25, p. 323, L13, c.1404: Provinciam Rheni visitabunt Priores Treviris et Hollandiae.

AC 100:25, p. 326, L15-17, c.1404: Priori de Lubeck non fit misericordia. Et committimus Prioribus Hollandiae et Erfordiae, ut indilate post Capitulum disponant de donno Joanne, alibi eim collocando.

AC 100:24, p. 326, L 23, c.1404: Prioribus Trevireni et Hollandiae non fit misericordia.

AC 100:25, p. 327, L3-4, c.1404: Priori Traiecti Dominus fecit misericordiam ut speramus. De monacho cuius petivit emissionem conventus, respondebit Prior Hollandiae.

AC 100 :25, p. 326, L29-30, c.1404 : Priori de Diest non fit misericordia. Et sicut supplicavit, Capitulum committit auctoritatem Priori Hollandiae super eadem domo.

AC 100:25, p. 326, L33-39, c.1404: Priori Gandavi non fit misericordia. Supra qua domo concedimus auctoritatem plenam Priori Coloniae pro anno praesenti; et auctoritatem quam petit in foro conscientiae committimus Priori Hollandiae usque ad sequens Capitulum. Etiam de converso quem petit emittere, committimus eidem Priori. Et iniungimus ei, ut satisfaciat Priori Trevirensi de pecunia quam sibi tenetur; de quibusdem vero Prior Cartusiae scribit sibi ad partem.

AC 100:25, p. 326, L41-43, c.1404: Priori Argentinae non fit misericordia. Et de quibus supplicavit Capitulo in suo memoriali, respondebit ei Prior Hollandiae. Et confirmamus ei super novae plantatione Basiliae auctoritatem quam hactenus habuit.

AC 100:25, p. 326, L44-46, c.1404: Priori Leodii non fit misericordia. Et pro quibus supplicavit Capitulo Generali, respondebit sibi Prior Hollandiae; cui etiam committimus auctoritatem super domum suam usque ad sequens Capitulum Generale.

AC 100:25, p. 327, L5-8, c.1404: Priori in Amsterledam ad suam magnam instantiam et propter infirmitates corporis fit misericordia. Et confirmationem futuri Prioris committimus Priori Hollandiae. Et concedimus eis licentiam recipiendi duos donatos prout supplicarunt Capitulo Generali.

AC 100 :25, p. 327, L9-13, c.1404 : Vicario domus monialium Sanctae Annae ad suam magnam instantiam fit misericordia. Et committimus Priori Hollandiae auctoritatem Capituli Generalis in praeficiendo alium. Et futuris Vicarius habeat auctoritatem Capituli in foro conscientiae, sicut Vicario absoluto fuerat ante concessum. Donno Theodorico respondebit ipse Prior Hollandiae.

AC 100:25, p. 338, L3-6, c.1405: Donnus Cartusiae eligit infra scriptos Priores, videlicet ..., Hollandiae, qui Priores &c., plenius continetur.

AC 100:25, p. 338, L15, c.1405: Provinciam Rheni visitabunt Priores Treviris et Hollandiae. Domum vero Treviris visitabit Prior Hollandiae cum socio Priore quem duxerit eligendum.

AC 100:25, p. 343, L12-15, c.1405: Priori Hollandiae non fit misericordia. Et de non veniendo ad Capitulum, habemus eum rationabiliter excusatum; et valde commendamus eum pro fidelibus laboribus suis quos habuit in visitationibus per eum factis. Et de quibusdam occurrentibus, ad partem Prior Cartusiae sibi rescribit.

AC 100 :25, p. 343, L25-34, c.1405 : Priori de Diest non fit misericordia. Et hortamur eum in Domino, ut illum venerabilem fratrem Joannem de Brederode habeat recommendatum, prout commendabilis virtus eius meretur bene. Et committimus Priori Hollandiae super dictam domum plenam auctoritatem usque ad futurum Capitulum Generale ; et monemus eum in Domino ut sit magis cautus in receptione novitiorum quam hactenus fuit ; habeat quoque in huiusmodi receptionibus oculus magis ad Dominum quam ad ista temporalia ; Iniungentes sibi ut numerum personarum domus non multiplicet sicut consuevit, ne forte, quod absit, per sui conventus divisionem caeteras domos Ordinis gravari oporteat.

AC 100:25, p. 343, L35-41, c.1405: Priori Gandavi non fit misericordia. Et ad superabundantem cautelam, ad tollendum scrupulum cuiuscunque, electionem de eo factam auctoritate plenaria confirmamus. Et committimus Priori Hollandiae auctoritatem Capituli super dictam domum usque ad futurum Capitulum Generale. Et propter paupertatem eorum, taxam Capituli praesentis anni eis misericorditer relaxamus. Et propter scandalum quod receperunt de miserabili quondam Prior suo, eis compatimur et condolemus.

AC 100 :25, p. 344, L17-22, c.1405 : Priori Leodii non fit misericordia. Et de licentiis quas petivit a Capitulo Generali, respondebit sibi Prior Trevirensis. Et committimus Priori Hollandiae auctoritatem nostram super dictam domum usque ad futurum Capitulum Generale. Et habeat ad eum recursum in suis necessitatibus ; similiter quoque donnus Joannes Virlinck hospes habeat recursum ad eundem Priorem, qui ei provideat secundum suam discretionem.

AC 100:25, p. 344, L24-28, c.1405: Priori Traiecti non fit misericordia. Et concedimus sibi, quod de consilio Prioris Hollandiæ et sui conventus possit recipere duos donatos pro quibus supplicavit secundum formam Novarum Constitutionum. Et concedimus fratri Joanni converso hospiti dictæ domus, quod de consensu Prioris et conventus possit ibi profiteri.

AC 100:25, p. 344, L29-36, c.1405: Priori Amsterledam non fit misericordia. Et ad cautelam propter scrupulum omnibus removendum, electionem de ipso factam autoritate plenaria confirmamus. Et committimus Priori Hollandiæ super eandem domum plenam autoritatem usque ad futurum Capitulum Generale. Et concedimus sibi et conventui, quod festum Sancti Andreæ Apostoli patronis sui possint cum candelis celebrare. De cæteris respondebit sibi Prior Trevirensis; de his vero pro quibus donus Laurentius monachus domus suæ scripsit Capitulo Generali, respondebit sibi Prior Trevirensis.

AC 100 :25, p. 344, L37-43, c.1405 : Vicario domus monialium Sanctæ Annæ non fit misericordia. Et donus Wilhelmus monachus in sua necessitate habeat recursum ad Priorem Hollandiæ. Et declaramus quod sicut in domibus monachorum ea quæ dantur vel mittuntur singulariter monachis cedunt ad communem utilitatem, sic etiam in domibus monialium nec aliquis in talibus sic datis vel missis debet sibi proprietatem aliquam vel usum speciali licentia Vicarii usurpare.

AC 100 :25, p.345, L1-9, c.1405 : Priorissæ Sanctæ Annæ non fit misericordia. Et committimus Priori Hollandiæ super illam domum plenam autoritatem usque ad futurum Capitulum ; in foro conscientiæ committimus Vicario autoritatem quam Vicarius habuit in anno præterito. Et concedimus quod possint de consilio conventus et Prioris Hollandiæ recipere illas duas famulas in donatas ; cui etiam singulariter de donno Theodorico, pro quo scripserunt committimus ordinandum.

AC 100 :25, p. 350, L29-30, c.1406 : Franco, magnus benefactor domus Hollandiæ ; habens tricenarium.

AC 100 :25, p. 350, L29-30, c.1406 : Franco Dictwaren, civis Leydensis, magnus benefactor domus Hollandiæ.

AC 100 :25, p. 356, L18-22, c.1406 : Prior Cartusiæ elegit infrascriptos Priores : ..., Hollandiæ, qui Priores, &c., prout in concessionibus Summorum Pontificum felicis recordationis Gregorii et Urbani plenius continetur.

AC 100 :25, p. 357, L3-5, c.1406 : Provinciam Alemaniam Inferioiris visitabunt Priores Erfordiæ et Nurembergæ ; domum Nurembergæ visitabunt Priores Hollandiæ et Erfordiæ.

AC 100 :25, p. 357, L6, c.1406 : Provinciam Rheni visitabunt Priores Hollandiæ et Moguntia.

AC 100 :25, p. 357, L7-9, c.1406 : Provinciam Angliæ visitabunt Prior Hollandiæ cum socio Priore vel monacho quem duxerit eligendum ; cui etiam committimus autoritatem Capituli Generalis super eandem Provinciam.

AC 100 :25, p. 360 : L9-10, c.1406 : Priori Herbipolensi non fit misericordia. Et de his quæ scripsit Capitulo Generali, respondebit sibi Prior Hollandiæ.

AC 100 :25, p. 361, L4-5, c.1406 : Provinciam Alemaniam Inferioiris visitabunt Priores Erfordiæ et Norimbergæ.

AC 100 :25, p. 361, L6, c.1406 : Domum Norimbergæ visitabunt Priores Hollandiæ et Erfordiæ.

AC 100 :25, p. 362, L27-28, c.1406 : Priori Moguntia non fit misericordia. Et super his quæ pitvit a Capitulo Generali, respondebit sibi Prior Hollandiæ.

AC 100 :25, p. 362, L39-40, c.1406 : Priori Hollandiæ non fit misericordia. Et habeat patientiam in officio prioratus et visitationis propter Deum et sui magnam coronam.

AC 100:25, p. 362, L45-46, c.1406: Priori Colonia non fit misericordia. Et pro quibus supplicavit Capitulo Generali, Prior Hollandiæ respondebit sibi.

AC 100:25, p. 363, L13-16, c.1406: Priori Argentinæ non fit misericordia. Et de dispositione novæ plantationis Basileæ, in præsentem Capitulo informavimus Priorem Hollandiæ de voluntate nostra, qui de illa ordinabit secundum quod sibi videbitur expedire.

AC 100:25, p. 376, L6-9, c.1407: Prior Cartusiæ eligit infrascriptos Priores, ..., Hollandiæ, qui &c., plenius continetur.

AC 100:25, p. 377, L14, c.1407: Provinciam Rheni visitabunt Priores Hollandiæ et Moguntia.

AC 100:25, p. 377, L15-16, c.1407: Provinciam Angliæ visitabit Prior Hollandiæ cum socio Priore vel monacho quem duxerit eligendum.

AC 100:25, p. 380, L25-28, c.1407: Priori Hollandiæ non fit misericordia. Et excusationem eius grater acceptamus; et exhortamur eum in Domino, ut intuitu retributionis æternæ patientiam habeat propter Deum in laboribus quos ei iniungit obedientia sancta. Prior vero Cartusiæ d quibusdam eum aduisat.

AC 100:25, p. 380, L32-33, c.1407: Priori prope Diest non fit misericordia. Et autoritatem Capituli Generalis super eandem domum committimus Priori Hollandiæ.

AC 100 :25, p. 380, 34-p. 381, L4, c.1407 : Priori Gandavi non fit misericordia. Et concedimus ut petunt, quod in casu quo esset ei necessarium habere consilium unius Prioris Ordinis, habeat recursum ad Vicarium sanctimonialium domus Sanctæ Annæ prope Brugis. Et super eo quod petit non gravari hospitibus, committimus Priori Hollandiæ ; cui etiam committimus autoritatem super annum quoad illam domum.

AC 100:25, p. 381, L9-14, c.1407: Priori Leodii non fit misericordia. Sed committimus Priori Hollandiæ ut eam sibi faciat si videbitur opportunum; cui etiam committimus super eandem sibi faciat si videbitur opportunum; cui etiam committimus super eandem domum plenam autoritatem. Et quoniam ex corde compatimur eorum

tribulationibus et angustiis, taxam Capituli eis misericorditer relaxamus. De consilio vero quod a nobis petunt, informabimus eundem Priorem Hollandiæ, ad quem ut dictum est possunt habere recursum.

AC 100 :25, p. 381, L27-33, c.1407 : Priorissæ Sanctæ Annæ non fit misericordia ; et ad consolationem eius et aliarum venerabilium filiarum suarum, ordinamus quod donnus Hermannus Vicarius earum non possit eis auferri sine licentia Capituli Generalis vel Prioris Cartusiæ ; cui committimus quoad forum conscientiæ concessam hactenus auctoritatem. Insuper licentias quas petiverunt libentissime concessimus. Et super eandem domum committimus plenariam auctoritatem Priori Hollandiæ super annum.

AC 100:25, p. 392, L5-7, c.1408: Prior Cartusiæ eligit infrascriptos Priores, ..., Hollandiæ, qui &c., plenius continetur.

AC 100:25, p. 393, L9, c.1408: Provinciam Rheni visitabunt Priores Hollandiæ et Moguntia.

AC 100:25, p. 393, L17-22, c.1408: Provinciam Angliæ visitabit Prior Hollandiæ cum socio Priore vel monacho quem duxerit eligendum, quem etiam toties quoties fuerit opportunum poterit mutare. Committimusque ei super eandem Provinciam nostram plenariam potestatem, qua etiam auctoritate possit alios Visitatores ordinare, qui eandem Provinciam visitent pro hac vice in casu quo per seipsum eam visitare non posset.

AC 100:25, p. 396, L24-26, c.1408: Priori Hollandiæ non fit misericordia. Et exhortamur eum in Domino, ut in laboribus præsertim ex obedientia sibi iniunctis habeat patientiam; de quibusdam vero Prior Cartusiæ sibi scribit ad partem; et de quampluribus Prior Moguntia sibi loquitur.

AC 100:25, p. 396, L31-36, c.1408: Priori prope Diest non fit misericordia. Et licentias quas super annum Prior Hollandiæ concesserat confirmamus ; et consilium quod petit, requirat ab eodem Priore Hollandiæ. Et miramur quod sic multiplicaverit personas etiam ultra numerum ab Ordine constitutum ; quare monemus eum, imo prohibemus, ne amodo audeat taliter personas multiplicare.

AC 100:25, p. 381, L9-14, c.1407: Priori Leodii non fit misericordia. Sed committimus Priori Hollandiæ ut eam sibi faciat si videbitur opportunum; cui etiam committimus super eandem sibi faciat si videbitur opportunum; cui etiam committimus super eandem domum plenam auctoritatem. Et quoniam ex corde compatimur eorum tribulationibus et angustiis, taxam Capituli eis misericorditer relaxamus. De consilio vero quod a nobis petunt, informabimus eundem Priorem Hollandiæ, ad quem ut dictum est possunt habere recursum.

AC 100:25, p. 397, L13-15, c.1408: Priori Amsterledam non fit misericordia. Et de his quæ petit, respondebit sibi Prior Moguntia. Et licentias concessas per Priorem Hollandiæ confirmamus.

AC 100 :25, p. 397, L23-26, c.1408 : Priorissæ Sanctæ Annæ non fit misericordia. Et Prior Hollandiæ super eandem domum nostram plenariam concedimus auctoritatem. Et concedimus sibi quod possit recipere duas donatas ut petivit a Capitulo Generali.

AC 100:25, p. 411, L8-10, c.1409: Prior Cartusiæ eligit infrascriptos Priores, ..., Hollandiæ, qui Priores &c., plenius continetur.

AC 100:25, p. 411, L13-14, c.1409: Donnum Cartusiæ ac somum Sabcti Joannis in Seitz visitabunt Priores Hollandiæ et Moguntia.

AC 100:25, p. 412, L3, c.1409: Provinciam Rheni visitabunt Priores Hollandiæ et Moguntia.

AC 100:25, p. 412, L12-14, c.1409: Provinciam Angliæ visitabit Prior Hollandiæ cum socio Priore vel monacho quem duxerit eligendum; committimusque super eandem Provinciam nostram plenariam auctoritatem.

AC 100:25, p. 415, L21, c.1409: Priori Hollandiæ non fit misericordia.

AC 100:25, p. 415, L42-43, c.1409: Priori Ruremundæ non fit misericordia. Et de licentiis quas petivit, respondebit sibi Prior Hollandiæ.

AC 100:25, p. 416, L4-12, c.1409: Priori Amsterledam non fit misericordia. Sed propter instantissimas preces suas committimus Priori Hollandiæ ut eam sibi faciat, si hoc sibi et conventui videbitur expedire; de petitionibus autem quas fecerunt Capitulo Generali, commissimus Priori Hollandiæ prædicto. Et quia donnus Laurentius monachus eiusdem domus a pluribus Visitoribus est reprehensus, et adhuc fatuitatem suam non dereliquit, et iterum indiscrete scripsit Capitulo Generali de suo Priore quod non credimus secundum Visitorum testimonium esse verum; ideo iniungimus sibi ut tria psalteria dicat, ter quoque in refectorio ad terram comedat.

AC 100:25, p. 416, L17-22, c.1409: Vicario domus monialium Sanctæ Annæ non fit misericordia. Et committimus auctoritatem nostram super eandem domum Priori Hollandiæ, multumque recommendamus diligentiam fratris Wilhelmi clerici redditum quam habet in colligendis redditibus; idem quoque officium auctoritate nostra sibi committimus, in remissionem peccatorum et augmentum gratiæ.

AC 100:25, p. 424, L38, c.1410: Provinciam Picardiæ: Priores Hollandiæ & Cosnui.

AC 100:25, p. 424, L39, c.1410: Provinciam Angliæ: Priores de Wyttan & Hollandiæ.

AC 100:25, p. 425, L23-28, c.1410: Reverendus Pater noster Domnus Cartusiæ eligit infra scriptos Priores, qui habeant auctoritatem Sedis Apostolicæ reservatam visitandi secundum formam privilegij: ..., Hollandiæ.

AC 100:25, p. 497, L4-7, c.1410: Diffinitores ani 1410 quo et Ordo fuit reunitus: Priores... Hollandiæ.

AC 100:25, p. 500, L34- p. 501, L2, c.1410: AC 100 :25, p. 500 : L23-26, c.1410 : Hactenus Charta, in qua domus et Provinciæ Ordinis sunt dispositæ prout squitur : Procincia Rheni. domus Sancti Michaelis prope Maguntiam, Sancti Albani prope Treverim, Beatæ Mariæ in Hollandia, Gelriæ, Montis Sancti Beati prope Confluentiam, Sanctæ Barbaræ in Colonia, Sancti Joannis baptitæ prope Dyest, Omnium Apostolorum in



Lezodio, Montis Sanctæ Mariæ prope Argentinam, Bethleham in Ruremunda, Novæ Lucis Sancti Salvatoris prope Traiectum, Portus Salutis Sancti Andreae prope Amstelredam, Friburgi, Portæ Montis.

AC 100:7, p. 1, L24-26, c.1411: domnus Henricus prior Hollandiæ die 10<sup>a</sup> iulii qui habet plenum cum psalteriis monachatum per totum ordinem cuius dies in calendariis describatur cum primo anniversario.

**De kart. en hun kloost. te Zelem, p. 90.**

## **Henricus Egger van Kalkar**

- a -
- b -
- c -
- d - Keulen
- e -
- f - 20 december 1408.
- g -

---

